REGVLA

BEATISSIMI

PATRIS AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI.

DE COMMVNI VITA CLERICORVM.

Cum expositione



D. VGONIS DE SANCTO VICTORE; CANONICI REGVLARIS.

Adiecta vtrique vulgari interpretatione.

[redacted]



VENETIIS, M DC I.

Apud Dominicum de Farris.

REGVLA BEATISSIMI AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI PATRIS NOSTRI

CVM EXPOSITIONE D. VGONIS De Sancto Victore Canonici Regularis.



Nte omnia fratres charissimi, diligatur Deus, deinde Proximus: quia ista præcepta sũt principaliter nobis data.

HAEC præcepta, quæ subscripta sunt, ideo Regula appellantur, quia videlicet in eis nobis rectè viuendi norma exprimitur. Regula autem dicitur, eò, quod rectè regat, vel rectè doceat. Et quod nos dicimus Regula, Græci Canon appellant. Vnde etiam græco nomine, Canonici, id est regulares appellati sunt ij, qui in monasterijs constituti iuxta regularia pręcepta sanctorum Patrum canonicè, atque apostolicè viuunt. Quibus dicitur. Hæc igitur sunt, &c.

INnanzi à tutte le cose, fratelli carissimi, sia amato Iddio, e poi il Prossimo, percioche questi commandamenti sono a noi principalmente dati.

QVesti commandamenti, i quali sono scritti quì di sotto, per tanto sono detti, & appellati regola; percioche in essi ci è mostrata la norma, e la forma del viuere drittamente. Regola perciò è cosi detta, perche drittamente regge, ouero, drittamente insegna. Et quello, che noi diciamo regula, i Greci appellano canon. Onde secondo il nome greco, sono ancora chiamati canonici, cioè regulari, quelli i quali essendo constituti, & posti ne i monasterij canonicamente, & apostolicamente viuono secondo i commandamenti regolari de i santi Padri, a' quali è cosi detto.

HAec igitur sunt, quæ, ut obseruetis, pręcipimus in monasterio constituti.

AD hoc nobis diuina præcepta leguntur, quatenus lecta intelligantur, intellecta opere compleantur. Nam si intelligantur, & non compleantur, metuenda est illa sententia, qua dicitur. Seruus, qui scit voluntatem Domini sui, & non facit, plagis vapulabit multis. Hinc Paulus ait. Non enim auditores legis, sed factores iustificabuntur. Audiamus ergo sacra præcepta pij Domini, & memores simus mandatorum ipsius, ad faciendum ea. Quia sicut dicit beatus Iacobus: Si quis perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Et Dominus in euangelio. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Igitur hæc, quæ præcipiuntur nobis in monasterio constitutis, humiliter attendamus. Primum propter quòd, &c.

QVeste sono adunque quelle cose, le quali à voi, che sete posti nel monasterio, cōmādiamo, che dobbiate osseruare.

PER questa cagione a noi si leggono i diuini commandamenti, acciochè letti, che seranno siano intesi: e dopò che seranno intesi, si compiano per opere. Perciochè se fossero solamente intesi, & non fossero messi in opera, molto sarebbe da temer quella sentenza, per la quale è detto. Quel seruo, ilquale sà la volontà del Signor suo, & non la fa, sarà battuto di molte piaghe, & batture. Pertanto ben diceua l'apostolo Paolo. Non gli auditori della legge seranno giustificati, ma i facitori di quella. Vdiamo adunque i sacri precetti del pietoso Signore, & siamo ricordeuoli de' suoi commandamenti, per fargli, & mettergli in opera. Perciochè, si come dice il beato Giacobo, se alcuno guarderà nella lege della perfetta libertà, & fermerassi in lei, non ismemorato ascoltatore, ma fattore dell'opera, costui serà beato nel fatto suo. Et il Signore nell'euangelio dice. Beati sono coloro, i quali odono la parola di Dio, & quella osseruano. Queste cose adunque, lequali à noi, che siamo posti nel monasterio, ci sono commandate, humilmente attendiamo.

Primum

PRimum, propter quod in vnum estis congregati, vt vnanimes habitetis in domo: & sit vobis anima vna, & cor vnum in Deo.

PRima nobis admonitio fit de vnitate, & concordia, & tali concordia, quæ in Deo sit. Nam concordia ad faciendũ peccatum est mala. Concordia verò ad faciendum bonum, ad sectandam Iustitiam, ad seruiendum Deo, bona est. Hoc est propter quod in vnum sumus congregati, scilicet, vt in seruitio diuino vnum spiritum, & vnam animam omnes habeamus. Et ideo præcipit, vt vnanimes habitemus in domo, & sit nobis anima vna, & cor vnum in Deo. Oportet enim si in vnum congregati sumus corporaliter, vt simul habitemus spiritualiter. Non enim prodest, si nos contineat vna domus, & separet diuersa voluntas. Plus enim attendit Deus vnitatem animi quàm loci. Ecce in vna domo sumus plures homines, diuersi mores, diuersa corda, diuersę animæ: hæc omnia debent coniungere in vnum vna intentio, & amor vnus in Deum. Debemus ergo in hoc esse vnius animi, & vnius voluntatis: vt seruiamus Deo, & vt diligamus eum ex toto corde, & ex tota anima, & proximum nostrum sicut & nos. Necessaria itaque est virtus concordiæ; quæ sic haberi potest, si frater cum venit ad monasterium, incipit se spoliare propria voluntate, atque illum imitari, qui ait. Non veni facere voluntatem meam. & iterum. Pater non sicut ego volo, sed sicut tu. Hoc est enim, *Ioan.6.* quod maximè adducit ad concordiam, si quisque non suam, *Mar.14* sed alterius voluntatem facere studeat in bono. Et hoc est magnę humilitatis indicium. Inde generatur obedientia, & crescit charitas, & pax, atque iustitia, & ceteræ virtutes. Quòd si ego volo facere voluntatem meam, & iste suam, & illæ suam, fiunt diuisiones, oriuntur lites, iræ quoque, & rixæ, quæ sunt opera carnis. Et sicut ait Apostolus. Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. *Gal. 5* Sunt quidam in congregatione pertinaces in suo sensu, sapientes in oculis suis. Hi hoc, quod in animo conceperint, quasi ex ratione defendunt: nec se alijs, sed alios sibi applicare contendunt, & si viderint sibi non obtemperari, statim commouentur, atque alios perturbant. Tales solent

lent

ſent eſſe rebelles mandatis ſeniorum, plurimumque in eis regnat paſſio inobedientiæ, & impatientiæ. Iſti non ſunt idonei ad concordiam. Nam iuxta Apoſtoli vocem, euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; dicentes enim, ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Magna quippe obſcuritas cordis eſt ſuperbia, & valde ſtulta ſapientia alijs ſe velle præferre. Quo contra idem Apoſtolus ait. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Sapientia enim huius mundi ſtultitia eſt apud Deum. Et ſecundum Deum magna ſapientia eſt omnibus ſe iudicare inferiorem. Inde ſcriptum eſt. Quanto maior es, tanto te humilia in omnibus. Hinc Dominus diſcipulos ſuos, inter quos erat cõtentio, quis eorum eſſet maior, ſtatim ad humilitatem, & concordiam reuocat, dicens. Qui maior eſt veſtrum, ipſe erit veſter ſeruus, & ipſe filius non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & animam ſuam dare redemptionem pro multis. Ergo vnanimes habitemus in domo Bonum enim, & iucundum Deo habitare fratres in vnum. Nec tamen placent ei noſtra ieiunia, noſtræ orationes, noſtra ſacrificia, quàm concordia. Ideo dicit in euãgelio. Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens, offeres munus tuum. Ex quibus verbis patet, quia qui concordiam non habet, omnipotenti Deo dignè ſacrificium, offerre non valet. Penſare ergo debemus, quanta ſit apud Deum concordiæ virtus, ſine qua non placent ipſa ſacrificia, quibus peccata delentur. Et ſciendũ eſt, quia cum ad conuerſionem venimus, contra diabolum certamen aſſumimus. Nihil eſt autem quod ipſe tantum timeat, quantum charitatis vnitatem. Nam ſi diſtribuimus totũ quod habemus propter Deum, hoc diabolus non timet; quia ipſe nihil posſidet: ſi ieiunamus, hoc ipſe nõ timet, quia cibum non ſumit: ſi vigilamus, inde non terretur; quia ſomno non vtitur. Sed ſi charitate coniungimur, inde vehementer expaueſcit: quia hoc tenemus in terra, quod ipſe in cœlo ſeruare contempſit. Hinc eſt, quod ſancta Eccleſia terribilis, vt caſtrorum acies ordinata eſſe deſcribitur: Quia ſicut hoſtes timent, quando aciem caſtrorum bene ordinatam vident, & ad bellum coniunctam. Ita nimirum diabolus expaueſcit, quando ſpirituales viros, virtutum armis accinctos, in vnitate cõcordię viuere conſpicit: victusque vehementer dolet, cum eos per diſcordiam diuidere, & penetrare non poteſt. Hinc de Domino ſcriptum eſt. Factus eſt in pace locus eius; ibi confregit potẽtias, arcum, ſcutum,

Rom. 1. — 1. Cor. 3. — Eccl. 3. — Matt. 20 — Pſa. 133 — Matth. 5 — Cant. 6. — Pſal. 75

ſcutum, gladium, & bellum: ex quibus verbis patet, quia omnia diabolica arma frangit concordia.

LA prima cagione, per la quale voi ſiete congregati, & raunati inſieme, è, che d'vn'animo habitiate nella caſa del Signore: & ſia à tutti vòi vn'animo, & vn cuore in Dio.

LA prima ammonitione à noi fatta, è di vnità, & concordia, & di tal concordia, che ſia in Dio. Perciòche la concordia à far'il peccato è maluagia, e rea: ma la concordia à far'il bene, à ſeguitar la giuſtitia, à ſeruir'à Dio è buona, e ſanta. Et queſto è quello, per ilche noi ſiamo congregati inſieme: Ciò è, perche tutti habbiamo vno ſpirito, & vn'anima nel diuino ſeruigio. Et per tanto commanda il Padre noſtro, che noi d'vn'animo habitiamo nella caſa, & che à noi tutti ſia vn'anima, & vn cuore in Dio. Onde fa certamente meſtieri, che ſe noi ſiamo raunati inſieme corporalmente, che inſieme habitiamo anchora ſpiritualmente Perciòche nulla ci giouarebbe lo ſtare inſieme in vna caſa, quando diuerſa volontà tra noi ci diuideſſe: atteſo, che Iddio piu attende la vnità de gli animi, che l'unità de i luoghi. Ecco che in una caſa ſiamo piu, ouero molti coſtumi, diuerſi cuori, e diuerſe anime. Tutte queſte coſe dee inſieme congiungere una ſola intentione, & vn ſolo amore in Dio. A queſto adunque dobbiamo eſſer tutti d'un'animo, e d'una volontà: acciòche ſeruiamo à Dio, & che l'amiamo con tutto il cuore, & con tutta l'anima, & il proſſimo noſtro come noi ſteſſi. Ben è adunque neceſſaria la virtù della concordia: laquale in queſto modo ſi puo hauere, ſe'l fratello, quando uiene al monaſterio, s'incomincia à ſpogliare della ſua propria volontà; & imitare colui, ilqual diße, io non ſono uenuto per fare la volontà mia. Et anco dice. Padre non come voglio io, ma come tu. Percio che queſto è quello, che maſſimamente adduce gli huomini à concordia, e pace; ſe ciaſcuno ſi ſtudia di fare non la ſua, ma l'altrui volontà nel bene Et cio è grande indicio, & ſegno d'humiltà. Di quì ſi genera l'vbidientia, creſce la carità, & la pace, & la giuſtitia, & tutte l'altre virtù. Ma ſe io uoglio far la mia volontà, & coſtui la ſua, & quell'altro la ſua; fanſi le diuiſioni, naſcono le liti, & oltre di ciò le ire; & le riſſe, lequali tutte

ſono

ſono opere della carne. Et ſi come dice l'Apoſtolo. Coloro, che tali coſe fanno, non conſeguiranno il regno di Dio. Sono alquanti nella congregatione pertinaci nel ſentimento, & ſaui ne gli occhi loro. Queſti ſi sforzano di diffendere, quaſi come coſa molto ragioneuole, tutto ciò, che gli uiene conceputo nell'animo: sforzanſi, non di conſentire eſsi à gli altri: ma che gli altri s'accoſtino, & conſentano al loro parere: & ſe ſi vedranno non eſſer ſeguitati, & ubediti, incontanente ſi commouono, adirano, & perturbano gli altri. Queſti tali ſogliono ſpeſſe uolte eſſer ribelli, & ritroſi a i commandamenti de i ſuoi maggiori: & molto regna in loro la paſsione della diſubidienza, & della impatientia. Coſtoro non ſono atti, & acconci alla concordia: percioche ſecondo, che dice l'Apoſtolo. Vaneggiarono nelle cogitationi loro, & il cuore loro ſciocco ſi oſcurò: percioche uantandoſi di eſſer ſaui, diuennero pazzi. Veramente grande oſcurità del cuore è la ſuperbia: & molto ſciocca ſauiezza è il voler antiporſi, & ſopra ſtar' à gli altri. Al contrario di queſto dice il medeſimo Apoſtolo. Se alcuno pare tra uoi eſſer ſauio, diuenti, o facciaſi ſtolto, acciochè ſia ſaggio; percioche la ſauiezza di queſto mondo è pazzia appreſſo Iddio: et ſecondo Iddio, è grande ſapiēza il giudicarſi, et riputarſi inferiore, et minor di tutti. Onde ben' è ſcritto. Quanto ſei maggiore, tanto piu ti humilia in tutte le coſe. Di quì è che'l Signore i diſcepoli ſuoi, tra quali era conteſa, chi di loro fuſſe maggiore, tantoſto richiama alla humiltà, & concordia dicendo. Colui ch'è di uoi il maggiore, quello ſerà uoſtro ſeruo; & eſſo figliuolo della Vergine non uenne per eßer ſeruito, ma per ſeruire, & dare l'anima ſua in redentione di molti. Dunque, fratelli, habitiamo in caſa tutti di uno animo, & d'una uolōtà; percioche buona coſa è, & à Dio molto gioconda, che i fratelli habitino tutti inſieme vniti. Ne tanto li piacciano i noſtri digiuni, le noſtre orationi, i noſtri ſacrifici; quanto la concordia; & per tanto ben diceua egli nell'euangelio. Và, riconciliati prima col tuo fratello, & uenendo poi offerirai il dono tuo, per lequali parole manifeſta coſa è, che colui, ilquale non ha la cōcordia, non puo degnamente offerire ſacrificio all'onnipotente Iddio. Ben dobbiamo adunque penſare quanta, e come grande ſia appò Dio la virtù della concordia, ſenza la quale non poßono piacere etiandio quei ſacrifici, per li quali ſi ſogliono canzellare, & perdonare i peccati. Et dobbiamo ſapere, che quando noi ci conuertiamo, & uegniamo alla religione, allhora ueramente noi pigliamo battaglia contra il diauolo. Percioche niuna altra coſa è, che eſſo tanto tema, quanto la unità della carità; percioche

tioche se noi distribuimo per Dio tutto ciò che noi habbiamo: questo già non teme il nostro aduersario, per che esso non possede nulla: se digiuniamo, ne ciò egli teme, perche mai non piglia cibo. Se vegghiamo, quindi non impaurisce, perciochè egli non dorme. Ma se noi siamo congiunti, & vniti in carità, quiui grandemente si spauenta, perche ci uede possedere in terra quello, che esso dispregiò di conseruare in cielo. Di qui è, che la santa chiesa si discriue, & dicesi essere terribile à guisa d'una ordinata schiera di combattitori. Perciochè si come i nemici temono, quando veggono le schiere de' combattitori ben ordinate, & vnite alla battaglia, così ueramente il diauolo si spauenta, quando uede gli huomini spirituali armati delle arme delle uirtù, e uiuere nella unità della concordia. & così uinto grandemente si duole, quando si uede non poterli per discordia diuidere, ne penetrare. Onde ben è scritto del Signore. Fu fatto in pace il luogo suo; quiui ruppe, e spezzò le potentie, l'arco, lo scuto, il coltello, & la battaglia. Per lequali parole assai è manifesto, che la concordia rompe, & fracassa tutte le arme del diauolo. Segue.

ET sit nobis aĩa vna, & cor unum in Deo.

HAE sunt primitiæ spiritus, quas ex primordio nostræ con cõuersionis debemus offerre omnipotenti Deo, sicut ipsa sapientia præcipit, dicens. Fili, da mihi cor tuum. Prius enim corde, & voluntate trahimur ad Deum. Ergo si corpore separamur à seculo corde, & animo iungamur Deo, ut possimus veraciter dicere Mihi autem adhęrere Deo bonum est. Nam qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo. Adhęreamus ergo Deo, ut simus fortes per ipsum, ut simus unum in ipso, & beati cum ipso. Dicamus ei. Adhæsit anima mea post te. Charitas separat nos à mundo, & coniungit Deo. sic erit nobis anima una, & cor unum in Deo, si ex toto corde, & tota anima diligimus Deum. Deus enim est charitas, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo Et quia charitas non quærit, quæ sua sunt, rectè subiungitur. Et non dicatis &c.

Pro. 23. *Psal. 72* *1. Cor. 6* *Psal. 61* *1. Ioã. 4* *2. Cor. 13*

ET sia à noi un'anima, & un cuor in Dio.

QVeste son le primitie dello spirito, lequali dal principio della nostra conuersione dobbiamo offerire all'onnipotente Iddio, si come essa sapientia commanda, dicendo Figliuolo, dammi il cuor tuo Perciochè in prima siamo tirati à Dio col cuore, & con la uolontà. Se adunque noi siamo separati dal secolo col corpo, studiamo di congiungerci

con Dio col cuore, e con l'animo; acciochè possiamo ueramente dire: O quanto è a me buono l'accostarmi à Dio. Percioche chiunque s'accosta à Dio diuenta uno spirito con esso lui. Accostiamoci adunque a Dio, accioche per lui siamo forti, e gagliardi, & siamo una cosa medesima in lui, & essendo cosi beati con esso lui, gli possiamo dire. Accostossi appò te l'Anima mia. La carità ci separa dal mondo, & essa ne congiunge à Dio. In questo modo serà à noi un'anima, & un cuore in Dio, se con tutto il cuore, & con tutta l'anima ameremo Iddio. Percioche Iddio è carità, & chi stà in carità, stà in Dio, & Dio in lui: & perche la carità non cerca quelle cose che, sono sue: pertanto drittamente è sottogiunto.

ET non dicatis aliquid proprium, sed sint uobis omnia communia.

NON enim debemus aliquid habere proprium: aut aliquid dicere meum, sed nostrum; ut dicatur nostra cappa, nostra tunica, nostra domus, nostra camera: & in cæteris similiter. Omnia enim in communi debemus habere: & omnia communi nomine appellare. Sed in hoc pensando est: quantà differentia sit inter carnales fratres, & spirituales. Nam illi, quod commune est, diuidunt: Isti quod diuisum erat, in commune ponunt. Ibi quisque, quod suum est, quærit: Isti non, quę sua sunt, quærunt; sed quę Iesu Christi. Plus ergo valet ista propinquitas, quàm illa: quia illa deficit, ista crescit. Illa habet diuisionem, ista unitatem: illa transit cum seculo: ista permanet in futuro. Ad hoc modo in ista domo simul uiuimus; ut postmodum in cœlesti regno simul maneamus. Filii Dei sumus (inquit Apostolus) sed nondum apparet,
1. Ioã. 3. quid erimus. Scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei
Heb. 13. erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est, & Paulus. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Ergo nō debemus habere propria, sed sint nobis omnia communia. Partes faciunt sibi homines in hoc seculo. Alius aurum, & argentum: Alius domos, & familias: Alius nomen grande, potentiam, & gloriam: Alius hoc, alius illud, diuersi diuerso modo. Pars verò piorum est ipse Deus. Et nos, si volumus habere talem partem, talem hęreditatem, ut est Dominus, tales oportet nos exhibere, ut digni. Simus eum possidere, & possidere ab ipso. Ergo si volumus in hęreditatem possidere Dominum, nihil debemus habere contra Dominum. Nimis est auarus, cui non sufficit Deus. Quod si quippiam aliud quærimus, verbi gratia; aurum, argentum, possessiones; cum istis partibus pars fieri Dominus dedignatur. Verba

ba sunt Beati Hieronymi. Si, inquit, non accipio hęreditatem inter cęteras tribus, sed quasi Sacerdos, & Leuita viuo de decimis; 1. Ti. 6.
& altari seruiens altaris oblatione sustentor, habens uictum, & uestitum, his contentus ero; & nudam crucem nudus sequar. Beati Math. 5
enim pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum. Et quia quamdiu hic uiuimus, corporali necessitate indigemus, rectè subiunctum est. Et distribuatur, &c.

NE dite, ne chiamate alcuna cosa ꝓpria: ma sieno à uoi tutte le cose communi.

Certamente noi non dobbiamo hauer alcuna cosa propria: ne alcuna cosa dire mia, ma nostra. Di modo che si dica la nostra cappa, la nostra tonica, la nostra casa, la nostra camera; & simigliantemente in tutto le altre cose: percioche ogni cosa dobbiamo hauere in cõmune, & di nome commune dobbiamo appellare tutte le cose. & in ciò ben è da pẽsare, quãta differẽza sia tra li fratelli carnali, & gli spirituali. Percioche quei diuidono q̃llo che è cõmune, et q̃sti accõmunano quello, che prima era diuiso. Tra quei ciascuno ꝓcaccia, et cerca q̃llo, che è sua Questi non cercano le cose loro, ma quelle di GIESV CHRISTO. Piu vale adũque questa propinquità, che quella. Percio che quella manca, questa cresce: Quella ha in se diuisione, questa unità: Quella passa con il secolo, questa rimane nell'auuenire; & à questa intentione viuiamo noi hora insieme in questa casa; acciochè poi stiamo insieme nel celeste regno. Figliuoli di Dio siamo, dice l'Apostolo, ma ancora non appare quello, che noi saremo. Ma questo ben sapiamo, che quando egli apparirà, noi saremo simili à lui: percioche noi lo vederemo si come egli è. & anco dice. Noi non habbiamo quiui città stabile, & ferma, ma cerchiamo quella, che dee venire. Non dobbiamo adunque hauere niuna cosa propria, ma debbono à noi essere tutte le cose communi. Gli Huomini si fanno le parti in questo secolo: altri si toglie per sua parte l'oro, & l'argento: altri le case, & le famiglie: altri il nome grande, la potentia, & la gloria; & chi questa cosa, & chi quell'altra. Ma la parte degli huomini pietosi, e giusti è esso Iddio, & se noi vogliamo hauere tal parte, tal heredità, come è il Signore, conuiene, che ci rendiamo tali, che siamo degni di possederlo; & esser da lui posseduti. Si che, se vogliamo per heredità possedere il Signore, niuna cosa dobbiamo hauer cõtra il Signore. Troppo auaro colui, à chi Iddio nõ basta. Che se noi cerchiamo alcuna altra cosa, come oro, argẽto, possessioni, con queste parti sdegnasi il Signore di volere esser parte. Parole sono del beato Hieronymo. S'io non piglio, dice; & non riceuo la heredità tra le al-

tre Tribu; ma come Sacerdote, & Leuita viuo delle decime. & si come colui che serue all'altare son pasciuto, e sostentato delle offerte dell'altare: hauendo il viuere, & il uestire di queste cose mi contenterò, & nudo seguirò la nuda croce. Conciosia che beati siano i poueri di spirito, & uolontà; percioche di loro è il regno del cielo. Ma perche pur habbiamo bisogno della necessità corporale, per insino a tanto che siamo in questa vita, per tanto drittamente è sottogiunto.

ET distribuatur vnicuique vestrum à præposito uestro uictus, & tegumentum.

SIc enim Dominus voluit ordinare ecclesias suas, vt alij uacarent spiritualibus: alij eis temporalia ministrarent. Et ideo alios voluit esse præpositos, alios subditos. Præpositorum officium est, subditis corporalia ministrare. Subditorum ministerium est, spiritualibus studijs insistere; lectioni, orationi, contemplationi vacare; in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus cœlesti Domino quotidie deseruire. Tanto ergo opus est, vt cir-
1.Cor.9. ca se sollicitius uiuant, quanto eos aliena cura non implicat. Constitutum est à Domino, vt qui altari seruiunt, de altari uiuant.
Luc.10. Dignus est enim, sicut ipse ait, operarius mercede sua. Et ideo si viuimus de annona Christi, iustum est, vt laboremus in seruitio Christi. Et tunc dignè mercedem accipiemus, si prius boni ope-
2.Tim.3 rarij fuerimus. Dicit Paulus apostolus. Qui non laborat, non manducet, quod si non laboramus, & manducamus, tanto maioris criminis efficimur rei, quãtò Dei beneficia sumimus indigni. Oportet ergo, vt seruiamus ei, à quo pascimur, si sine periculo animæ volumus sumere hoc, quod nobis distribuitur. Et tanto plus solliciti debemus esse in bono opere, quantò ea percipimus, quibus sustentamur sine magno labore. Nam quid mirum, si ij, qui temporalibus occupantur, minus studiose viuunt? Si frequenter in cogitationibus, & sermonibus, atq; actionib. suis offendũt ac peccãt? Vsus enim seculi hominẽ ad peccatum, etiam quandoque inuitum trahit. Ij uerò, quibus, & cura mundi, & occasio peccandi deest, quanto minus religiose viuunt, tanto magis supernum iudicem offendunt. Nec sine graui periculo animæ, etiam in minimis negligentijs delinquunt. Pensemus ergo ad quid nobis uictus, & tegumentum distribuitur, vt sit totum desyderium no-
Matth.6 strum, primum quærere regnum Dei, & iustitiam eius. Propter quæ hæc omnia nobis adijciuntur. Qualiter autem distribuendum sit, ostenditur, cum subinfertur. Nõ æqualiter omnibus, &c.

ET

ET à ciaschedun o di uoi sia distribuito dal nostro Proposto, e Prelato il uiuere, & il uestire.

PErciochè così volse, e piacque al Signore di ordinare le chiese sue, che alcuni attendessero, & fossero occupati intorno alle cose spirituali, & altri a loro ministraßero le cose temporali. Et perciò volse che alcuni fossero proposti, & alcuni sudditi. L'officio de' proposti, è di ministrare a i sudditi le cose temporali: Il ministerio, & seruigio de' sudditi, è di insistere, & eßere solleciti a gli studij spirituali: attendere alla lettione, oratione, e contemplatione: & cottidianamente seruire al celestial Signore in salmi, hinni, & cantici spirituali. Conuiene adunque, che i sudditi tanto piu sollecitamente viuano, & siano intenti alla cura di se stessi; quanto che nella cura altrui meno sono implicati. Dal Signore è così ordinato, che quelli, che seruono all'altare, viuano dell'altare. Perciochè si come egli disse. Degno è l'operario della sua mercede. Et per tanto se noi viuiamo alle spese di CHRISTO Giusta cosa è, che ci affatichiamo nel seruigio di CHRISTO: Et allora riceueremo degnamente la mercede, se saremo stati prima buoni lauoratori. Onde dice l'Apostolo paolo. Chi non s'affatica, non manduchi. Tal che se noi non lauoriamo, e pur mangiamo; tanto più ci facciamo colpeuoli di maggior peccato, quanto meno degni riceuiamo i beneficij d'Iddio. Conuiene adunque, & è di bisogno, che noi seruiamo a colui, da cui siamo pasciuti, se senza pericolo dell'anima nostra uogliamo riceuer quello, che ci è distribuito. & tanto dobbiamo essere piu solleciti nella bona opera; quanto che queste cose per le quali siamo sostentati, riceuiamo senza grande nostra fatica. Perciochè. che marauiglia è, se coloro, che sono occupati circa le cose temporali, meno studiosamente, e religiosamente uiuono? Se ne i pensieri, & ragionamenti, & attioni, ouer facende loro offendono, e peccano spesse volte? Conciosia, che l'usanza, e conuersatione del secolo tragga l'huomo al peccato, etiandio alle volte contra il suo uolere. Ma quelli, che sono liberi dalla cura, & sollecitudine del mondo, & dalla occasione del peccare, quanto meno religiosamente viuono, tanto piu offendono il superno Giudice. Ne senza graue pericolo dell'anime loro peccano, etiandio nelle minime negligenze. Pensiamo adunque, & consideriamo a che fine ci viene così distribuito il cibo, & il vestimento: se non, accioche tutto il nostro desiderio sia in cercare principalmente il regno d'Iddio, e la giustitia sua: per lequali tutte queste altre cose ci sono aggiunte. Ma in che modo si debbia distribuire, si mostra, in ciò, che soggiunge.

NOn æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, sed potius vnicuique, sicut cuique opus fuerit.

Et hoc auctoritate Apostolica corroborat dicens.

Sic enim legimus in actibus Apostolorum, quia erant illis omnia communia, & distribuebatur unicuique, prout cuique opus erat.

Act. 2. HOc non est ita intelligendum, vt cuique, quod opus erat sic abundanter distribueretur, vt nullam haberent indigen-
Act. 4. tiam. Cum enim scriptum sit, quòd inter eos nullus egens erat. Scriptum etiam legimus de ipsis Apostolis, quòd seruiebant Deo
2. Co. 11 in fame, & siti, frigore & nuditate. Ex quibus uerbis colligitur, quòd multi corpore indigent, & non animo: qui semetipsos abnegantes propter CHRISTVM, animi virtute ipsam superant naturam. Dei enim dilectio, quæ fortis est vt mors, non so-
Cant. 8. lum illicita desideria, uerum etiam ipsos corporales, & naturales plerunque affectus extinguit. In primitiua quippe ecclesia tanta erat abundantia gratiæ spiritualis, ut non solum modico contenti essent, sed hoc ipsum quod nihil habebant pro summis diuitijs
2. Cor. 6. deputarent. Vnde Apostolus ait. Nihil habentes, & omnia possidentes. Hinc etiam quidam vir sanctus ait. Sufficiebat nobis pau-
Tob. 5. pertas nostra, vt diuitię computarentur. Item Apostolus. Magnus
Tim. 6. inquit, quæstus est pietas cum sufficientia. Habentes igitur uictum, & quibus tegamur, his contenti sumus. In huiusmodi ergo debemus attendere non voluntatem carnis, sed valetudinem naturæ. Plus enim appetit carnalis voluntas, quam necessitas. Quamobrem in eo, quod dicitur, vt vnicuique, quod opus est tribuatur: iste modus seruandus est, quatenus sic nutriatur corpus, vt seruiat: & iterũ sic reprimatur, ut non superbiat. Sic seruetur necessitas naturæ, vt abscindatur superfluitas concupiscentiæ. Sequitur. Qui uero aliquid habebant in seculo.

NOn vgualmente à tutti: percio chenõ

ſete tutti ugualmente robuſti, & ſani: ma piu toſto a ciaſcuno, ſecondo, che a ciaſcheduno ſarà di biſogno.

Et queſto con l'auttorità apoſtolica conferma, dicendo.

Percioche coſi leggete ne gli atti de gli Apoſtoli, che tutte le coſe erano loro communi: & à ciaſcuno di loro era diſtribuito, ſecondo che ad ogn'uno era biſogno.

QVeſto gia non ſi debbe intendere a queſto modo, che a ciaſcuno foſſe coſi abondantemente diſtribuito tutto ciò, che facea di biſogno, che non patiſſero diſagio alcuno: percioche auenga, ſia ſcritto, che tra loro non era niuno biſognoſo, nondimeno ancora leggiamo de gli Apoſtoli medeſimi, che ſeruiuano a Dio in fame, & ſete; in freddo, & nudità. Per lequali parole chiaramente ſi comprende, che molti ſono biſognoſi quanto al corpo, ma non quanto all'animo: percioche negando ſe ſteſſi per amor di CHRISTO, uincono, e ſopraſtano con la uirtù dell'animo etiandio alla loro propria natura. Veramente l'amor di Dio, ilqual è forte come la morte, ſpegne non ſolamente i non leciti deſiderij, ma alle uolte anchora gli ſteſſi corporali, & naturali affetti. Onde nella primitiua chieſa tanta era l'abondanza della gratia ſpirituale, che non ſolamente erano contenti di poco, ma etiandio queſto iſteſo, che niente haueuano, riputauano grandiſſime ricchezze. per la qual coſa ben diceua l'Apoſtolo. Niuna coſa habbiamo, & ogni coſa poſſediamo. Per tanto ben diceua ancora un certo ſanto huomo. Baſtauaci la pouerta noſtra per conto di ricchezza. Dice anco l'Apoſtolo. Gran guadagno è la pietà con la ſofficienza, che hauendo noi il uiuere, & panni da coprirci, di queſte coſe contentiamoci. In queſte coſi fatte coſe adunque dobbiamo attendere, & conſiderare non la uolontà della carne, ma la ſanità, & fortezza della natura. Percioche più appetiſce la uolontà, & ſenſualità della carne, che la neceſſità. Per la qual coſa in quello, che dice, che ad ogn'uno ſia dato, e diſtribuito quello, che fa biſogno, debbeſi ſerbare queſto modo. Che'l corpo ſi fattamente ſia nodrito, e paſciuto, che poſſa ſeruire: & anco per sì fatto modo ſi raffreni, e caſtighi,

stighi, che nõ in superbisca. In tal guisa sia conseruata la necessità della natura, che anco si leui uia la superfluità della concupiscentia. Segue.

QVI uero aliquid habebant in seculo, quando ingressi sunt monasterium, libenter uelint illud esse commune.

HOc fecerunt primitiuæ ecclesiæ fratres. Dignum enim eis uidebatur, ut qui communem habebant gratiam communem haberent & substantiam: & quibus unus erat Christus, unus
2.Cor.9. esset & sumptus. Bene autem additum est, libenter: quia hilarem datorem diligit Deus. Libenter debemus terrena dare, ut possimus cœlestia comperare. Regnum enim cœlorum tantum ualet, quantum habes: nihil uilius cum emitur, nihil carius cum
Luc. 14 possidetur. Duo sunt, quæ relinqui opottet propter Deum. Facultatem substantiæ, & uoluntatem habendi. Hinc est quòd Domi-
Luc.9. nus ait in euangelio. Qui non renuntiauerit omnibus, quę possidet, non potest meus esse discipulus. Et iterum. Qui uult post me uenire, abneget semetipsum. Illud pertinet ad substantiam, hoc ad uoluntatem. non enim sufficit exteriorem relinquere substantiam, nisi interiorem concupiscentiam abscindamus. Vnde subditur. Qui autem non habebant.

MA quelli, i quali haueano alcuna cosa nel secolo, poi che saranno entrati nel monasterio, uolentieri uogliano quella cosa essere commune.

QVesto fecero li fratelli della primitiua chiesa: percio che pareua loro degna cosa, che quelli, che haueano commune la gratia, commune ancora hauessero la sostantia; & che quelli, ai quali era un solo CHRISTO; fosse ancora una sola spesa. Et bene è aggiunto, volentieri. Percio che Iddio ama l'allegro datore. Dobbiamo uolentieri dar le cose terrene, per poter' acquistare le celestiali. Percioche il regno del Cielo tanto uale, quanto hai. Niuna cosa è piu uile di lui, quando si compra: niuna piu cara, quando si possiede Due cose sono, che ci conuien lasciare per amor di Dio? la facultà della roba, & la uolontà dell'hauerne. Di quì auuiẽ quello, che dice il Signore nel uangelo. Colui che non rinuntierà tutte quelle cose, che possiede, non può

essere

essere mio discepolo. Et ancho dice. Chi uuole uenire dopo me, abbandoni se medesimo. Quello appartiene alla roba, questo alla uolontà. Percioche non basta lasciare quello, che noi possediamo di fuori, se non gittiamo ancora da noi la concupiscenza di dentro. Onde ben soggiunge.

Qui autem non habebant, non ea quærant in monasterio, quæ nec foris habere potuerunt.

ETiam illi, qui nihil habebant in seculo, habent intus quod relinquere possunt propter Deum: scilicet uoluntatem habendi. Vnde scriptum est. Non cõcupisces. Plus enim attendit Deus affectum, quàm censum. Hinc p sapientē dicitur. Fili, præbe mihi cor tuum, quod vtique fieri non potest, nisi prius carnalis appetitus deseratur. Primum ergo iubemur habita deserere, deinde terrena non quærere: vt postmodum liberius ad cœlestia possimus anhelare. Et ne uideretur pauperibus seculi, qui ad Christum conuertuntur necessaria non debere ministrari, quia nihil in monasterio quærere præcipiuntur; subiunctum est. Sed tamen eorum infirmitati, &c. Exo. 20. Prou. 23

Ma quelli, che non n'haueano, non cerchino nel monasterio quelle cose, lequali ne anco di fuori poterono hauere.

ANcor quelli, che nulla haueano nel secolo, hanno alcuna cosa dentro da poter abbandonare per amor di Dio: cio è, la uolontà di hauere. Onde è scritto. Non desidererai. Percio che Iddio più attende, e risguarda lo affetto, che lo hauere. Per tanto ben'è detto per la sapienza. Figliuolo dammi il cuor tuo. La qual cosa gia non si puo fare, se in prima non si lascia ogni appetito carnale. Primieramente adunque ci è commandato di abbandonare quelle cose, che noi habbiamo; & poi di non cercar piu le cose terrene, accio che poi, piu liberamente possiamo con desiderio leuarci, & aspirare alle cose celestiali. Et acciò che forse non paresse, che a i poueri del secolo, i quali a CHRISTO si conuertano, non si douessero ministrare le cose, che sono loro necessarie; percio che a loro è commandato di non cercare, e procaciarsi cosa ueruna nel monasterio; pero è sottogiunto.

Sed tamen eorũ infirmitati, quod opus est tribuatur, etiam si paupertas eorum,

quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat inuenire.

Luc. 10. 1. Tim. 5 SIue enim diuites sunt, siue pauperes, siue nobiles, siue ignobiles quicunque accedunt ad seruitutem CHRISTI, iustum est, vt uiuant de annona CHRISTI. Dignus est enim operarius mercede sua. Sequitur. Non tamen, &c.

Ma nientedimeno alla loro infermità sia dato ciò che fà bisogno: etiamdio, che la pouertà loro fosse tanta, quando erano fuori, che ne anco le stesse cose necessarie ritrouar potessero.

PErciochè, o siano ricchi, o siano poueri, o nobili, o ignobili, chiunque viene al seruitio di Christo, giusta cosa è, che viua della rendita, e spese di Christo. Percio che degno è l'operatore della mercede sua. Segue.

Non tamen ideo putent se esse felices, quia inuenerunt uictum, & tegumentum, quale foris inuenire non potuerunt.

MVlti enim ueniunt ad conuersionem, non tantum propter animæ salutem, quàm propter corporis necessitatem: qui non Deum colunt, sed ventrem suum. De quibus Apostolus ait.
Philip. 3 Quorum Deus uenter est. Talibus dicit Dominus in euangelio.
Ioan. 6. Amen, amen dico uobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus. Horum tota intentio est, atque felicitas, ut bene pascantur, bene vestiantur, & bene sit eis temporaliter. Et quia terrena appetunt, cœlestibus priuantur. Receperunt
Matt. 6 enim (sicut Dominus ait) mercedem suam. Vnde summopere
Psal. 61 nobis cauendum est, ne temporalibus inhæreamus bonis. Ideo Psalmista nos admonet dicens. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Terrena quidem nobis in usu esse debent; cælestia autem in desiderio. Etenim quædam admirabilis est, & magna multitudo dulcedinis Dei, quam abscondit diligentibus se. De qua scri-
1. Cor. 2. ptum est. Quia oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Vnde Pro-
Psal. 16 pheta, satiabimur, inquit, cum apparuerit gloria tua. Illa ergo

satietas

ſatietas debet eſſe noſtra felicitas. Sequitur. Nec erigant ceruicem, &c.

Ma non ſi penſino perciò d'eſſer felici, perche hanno ritrouato nel monaſtero il uiuere, e'l ueſtire, ilquale non poteano ritrouar di fuori.

PErcioche molti uengono alla conuerſione, non tanto per la ſalute del l'anima, quanto per la neceſſità del corpo; i quali non adorano Iddio, ma il uentre loro. De' quali dice l'Apoſtolo. Che'l uentre è il Dio loro. A queſti tali dice il Signore nel uangelo. In uerità, in uerità ui dico, uoi mi cercate, non perche hauete ueduti i miracoli, ma perche hauete mangiato de i pani. Tutta la intentione, e felicità di coſtoro è di eſſere ben paſciuti, & ben ueſtiti, & di ſtar bene temporalmente. E perche appetiſcono, & bramano le coſe terrene, perciò ſono priuati delle celeſti: imperoche hanno riceuuto, come dice il Signore, la mercede loro. Onde con ſommo ſtudio ci conuien guardare, che non ci appoggiamo, & attacchiamo a i beni temporali. Per tanto ben ci ammoniſce il Salmiſta, dicendo. Se ui abondaſſero le ricchezze, non uogliate metterci il cuore. Certamente le coſe terrene ci debbono eſſere in uſo, ma le celeſti in deſiderio. Percioche egli è una merauiglioſa, e gran moltitudine della dolcezza, & ſoauità di Dio, laquale egli hà riposta a coloro, che l'amano: della quale è ſcritto. Che occhio non uide, ne orecchio udì, ne cuor d'huomo pensò giamai quelle coſe, che Iddio hà apparecchiato a quelli, che l'amano. Onde dice il Profeta. Allhora noi ſaremo ſatolli, quando apparirà la gloria tua. Adunque quella ſatietà debbe eſſere la noſtra felicità. Segue.

Nec erigāt ceruicē, quia aſſociātur eis, ad quos foris accedere non audebant: ſed ſurſum cor habeant, & terrena uana non quærant. Ne incipiant monaſteria diuitibus eſſe utilia, non pauperibus, ſi diuites illic humiliātur, & pauperes illic inſluātur.

CEruicem erigere, ſuperbiæ ſignum eſt. Si ſuperbis angelis nō fuit utile cęlum, conſtat, quod ſuperbis hominibus, non erit utile monaſterium. & ſi ſanctus ſit locus, ſanctus habitus, & ſi ſan-

cta opera uideantur, totum ex uitio superbiæ habetur inutile. Superbia enim casum habet. Ideo sanctus Dauid orat ad Dominum, ut non ueniat ei pes superbiæ. Quia ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare. Quo contra humilibus utilia sunt monasteria. Ipsi enim sunt docibiles Dei, sicut scriptum est. Docebit mites uias suas. Et iterũ. Qui emittit fontes in conuallibus: idest gratiam suam præstat humilibus. Ipsi quidem bona, quæ faciunt non amittunt, quia custodem uirtutum non deserunt humilitatem, & quia secundum euangelium, Recumbunt in nouissimo loco. & secundum Prophetam. Eligunt abiecti esse in domo Dei. Ideo ab ipso cælesti Domino merentur exaudiri, sicut scriptum est Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Et iterum, Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Sequitur. Rursum etiam illi.

Psal. 35. Psal. 24. Psa. 103 Luc. 14. Psal. 83. Luc. 14. 1. Pet. 5.

Nõ leuino la testa in alto, perche si ueggono accompagnati a coloro; a i quali, quando erano fuori, non ardiuano di appressarsi: ma habbino in sù il cuor'a Dio: e nõ cerchino le cose terrene, che sono uane, acciò che i nostri monasteri non cominci no esser'utili a'ricchi, e nõ a'poueri, se doue si humiliano i ricchi, iui i poueri si gõfino.

IL leuar la testa in alto è segno di superbia. Se a i superbi angeli nõ fù utile il cielo; assai è manifesto, che ne a i superbi huomini sarà utile il monastero. E ben che il luogo sia santo, & lo habito santo, e ben che le opere paiano sante; tutto ciò però riputassi disutile per lo uitio della superbia. Perciochè la superbia sempre hà seco il cadimento: per tanto il santo Dauid prega il Signore, che non li uenga il pie della superbia: Conciosia che iui siano caduti gli operatori della iniquità, e furono scacciati, & non poterono starui. Ma per lo contrario a gli humili sono utili i monasteri, perciochè sono acconci, & atti a riceuere la dottrina di Dio, & ad essere ammaestrati. Si come è scritto. Il Signore insegnerà a' mansueti le uie sue, & anco è scritto. Egli manda fuori i fonti nelle ualli: cio è, presta la gratia sua a gli humili. Costoro certamente qui i beni, che fanno, giamai nonperdono: perche gia mai non abandonano

donano

donano la guardiana delle uirtudi, cioè la humilità. E perche secondo la dottrina del uangelo, essi sempre si pongono a sedere nell'ultimo luogo; & secondo il Profeta, eleggono di esser abietti, & dispregiati nella casa di Dio: per tanto da esso celestiale Signore meritano di essere essauditi: si come è scritto. Ogn'uno, che si exalta, sarà humiliato; & chi se humilia sarà exaltato. Et altroue. Iddio resiste a i superbi, & a gli humili dà la gratia sua. Segue.

Rursus etiam illi, qui aliquid esse uidebantur in seculo, non habeant fastidio fratres suos, qui ad illam sanctam societatem ex paupertate uenerunt. Magis autem studeant, non de parentum diuitum dignitate; sed de pauperum fratrum societate gloriari.

SVmmopere cauere debent, fratres, qui ad sanctam societatẽ, & communem uitam uenerunt, ut nõ habeant alter alterum fastidio: quia eo ditior fuerit, siue nobilior, siue sapientior. Quia sicut Apostolus dicit. Infirma mundi elegit Deus, & ignobilia, & contemptibilia; ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. *1. Cor. 1* Sed neque potens in potentia sua, neque sapiens in sapientia sua, neque diues in diuitiis suis; non enim est personarum acceptio apud Deum. Nam idem Dominus, diues in omnes qui inuocant illum. Bene autem non de dignitate diuitum parentum, sed de pauperum fratrum societate præcipimur gloriari. Quoniam ipse, qui diues est in gloria sua, pauper factus pro nobis, non diuitibus, sed pauperibus dignatus est sociari. Vnde & nos pauperes simus propter ipsum, quoniam pauperibus promissum est regnum cœlorum. Gloriari quidem de diuitiis pertinet ad uanitatem mundi: de paupertate uero gloriari, pertinet ad beatitudinem. Sequitur. Nec extollantur.

Hier. 9. *Rom. 2.* *Rom. 10*

Così ancora coloro, a i quali pareua, che fossero da qualche cosa nel secolo, nõ habbiano in fastidio i fratelli loro, i quali da bassa pouertà del mondo sono uenuti à

quella

quella ſanta compagnia. Anzi maggiormente ſtudino di gloriarſi, non della dignità de' ricchi parenti, ma della compagnia de' poueri fratelli.

CON ſommo ſtudio, e ſollecitudine ſi debbono guardare i fratelli, i quali ſono uenuti alla ſanta compagnia, & alla commune uita, di non hauere l'uno l'altro in faſtidio, ne in diſpreggio, perche l'uno ſia ſtato, o piu ricco, o piu nobile, o piu ſauio dell'altro. Concioſia coſa che, ſi come dice l'Apoſtolo, Iddio habbia eletto le coſe inferme del mondo, & le ignobili, & le diſpreggiate, acciòche non poſſa gloriarſi ogni carne nel coſpetto ſuo, ne manco poſſa uantarſi il poſſente della potenza ſua, ne il ſauio della ſua ſauiezza, ne il ricco delle ſue ricchezze: percioche Iddio non è riceuitore di perſone, ma è uno iſteſſo Signore ricco, e liberale uerſo tutti coloro, che chiamano, & inuocano lui. Ma bene poi ci è commandato di non ci douer gloriare della dignità de' ricchi parenti, ma ſi della compagnia de' poueri fratelli, concioſia che eſſo Signore, ilqual è tanto ricco nella gloria ſua, per noi fattoſi pouero, non ſi degnò di accompagnarſi con i ricchi, ma con i poueri. La onde ancora noi per amor ſuo dobbiamo eſſer poueri: percioche a' poueri è promeſſo il regno del cielo: & il gloriarſi delle ricchezze del mondo è coſa di uanità: ma il gloriarſi della pouertà, è coſa di beatitudine. Segue.

Nec extollantur ſi communi uitæ aliquid de ſuis facultatibus contulerunt: nec de ſuis diuitijs magis ſuperbiant, quia eas in monaſterio partiuntur, quàm ſi eis in ſeculo fruerentur.

EX præcedenti ſententia, & ea quæ ſubſequitur, nobis duo genera ſuperbiæ deſignantur. Vnum carnale, aliud ſpirituale. Nam pauperes faſtidire, & de nobilitate gloriari, ad carnalem gloriam pertinet: quæ inter homines ſeculares frequenter ſolet euenire. De operibus autem miſericordiæ uelle extolli, ſuperbia ſpiritualis eſt, quæ ſolet etiam ſpirituales corrumpere. Magis autem timenda eſt ſpiritualis ſuperbia, quàm carnalis: quia, ſe extollere de bonis operibus, aut uirtutibus, ab alto cadere eſt. Et
Matt.6. quanto eſt altior aſcenſus, tanto eſt perículoſior caſus. Dicit dominus

minus in Euãgelio. Cum facis eleemosynam nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua; ut eleemosyna tua sit in abscondito, & ille, qui uidet in abscondito reddet tibi. Per dexteram, recta operatio, per sinistram, fauor seculi, uel elatio designatur. Ex his ergo uerbis admonemur, ut recta, quæ agimus, abscondere ab elatione studeamus: alioquin mercedem non habebimus apud patrem nostrum. Deinde ostendit, quantum sit uitium superbiæ, cum subiungit. Alia quippe, quęcumque iniquitas, &c.

Et non si esaltino, e leuino in superbia, se de' loro beni temporali hanno conferito alcuna cosa alla commune uita: ne delle ricchezze loro piu insuperbiscano, ꝑ hauerle distribuite nel monastero; che, se eglino le godessero, e vsassero nel secolo.

DALLA sentenza, che precede, & da quella che appresso segue, due maniere di superbia & alterezza ci sono disegnate, e dimostrate. L'una carnale, l'altra spirituale. L'hauere in fastidio i poueri, et della nobilità gloriarsi, s'appartiene alla sụpbia carnale: laquale spesse volte suole a venire tra gli huomini secolari. Ma il uolersi soleuare, & inalzare delle opere della misericordia, è superbia spirituale: laquale suole corrompere, e contaminare alle uolte etiandio gli huomini spirituali. Et è molto piu da temere la spirituale superbia, che la carnale. Percioche l'inalzarsi, et insuperbirsi delle bone opere, ouero delle uirtù, è cadere da alto. Che quanto piu alta è la salita, tãto piu pericolosa è la caduta. Dice il Signore nel uangelo. Quando tu fai la limosina, non sappia la tua sinistra quello, che si faccia la tua destra: acciò che la limosina tua sia in ascoso, & colui, che uede in ascoso, ti rendera il guiderdone. Per la destra, ci è significata la dritta operatione; per la sinistra, il fauore, o l'alterezza, e gloria del mondo. Per queste parole adunque siamo ammoniti di studiarsi, che'l bene, che noi facciamo sia nascosto dal l'alterezza, & gloria humana: altramente noi nõ ne haueremo alcuna mercede appresso il padre nostro. Dapoi dimostra quanto, & quale sia questo uitio della superbia, quando sottoggiunge.

Alia quippe quæcumque iniquitas in malis operibus exercetur, ut fiant: super-

bia uero etiam bonis operibus insidiatur, ut pereant &c.

Eccl. 10 ibidem. EX hoc apparet, quia cæteris uitiis maior est superbia. Per uitia enim, & uirtutes exterminat humanam mentem. Superbia Deo, & hominibus odibilis est. De hac scriptum est. Initium omnis peccati superbia. Prima est enim in peccando, ultima remanet in conflictu. Nam cum seruus Dei cætera uitia superauerit, & iam ad uirtutum alta conscenderit, adhuc habet pugnam contra superbiam: quam nisi expugnauerit, frustra in cęteris laborauit. Cum ergo foris bona agimus, intus cor ab elatione custodire debemus; quia nulla Deo placet cum superbia operatio.

Prou. 4. Vnde scriptura nos admonet dicens. Omni custodia serua cor tuum, quoniam uita, & mors ex ipso procedit. Sequitur & quid prodest &c.

Percioche ogni altra iniquità, e peccato si esercita nelle male opere, accioche uēghino fatte: ma la superbia pone le insidie etiandio alle buone operationi, accioche periscano.

DA questo appare, che la superbia è maggior di tutti gli altri uitij. Conciosia, che per li uitij, & per le uirtù estermini, e distrugga la mente humana. La superbia à Dio, & à gli huomini è odiosa. Di questa è cosi scritto. Il principio d'ogni peccato è la superbia. Essa è la prima in peccare, & rimane l'ultima nel conflitto. Onde poi, che'l seruo di Dio hauerà superati & uinti tutti gli altri uitij; & gia sarà salito all'altezza delle uirtù, ancora li resta battaglia contra la superbia: laquale, se combattendo non hauerà del tutto uinta, indarno si sarà affaticato nella battaglia de gli altri uitij. Quando adunque facciamo alcun bene apparente di fuori, allhora dobbiamo guardare il cuore di dentro dal l'alterezza Percioche niuna, quantunq; buona operatione, se è accompagnata con la superbia, non può gia mai piacere à Dio. Onde ci ammonisce la scrittura dicendo. Con ogni guardia serba il cuor tuo; percioche da que lo procede la uita, e la morte. Segue.

Et quid prodest dispergendo dare pauperibus, & pauperem fieri, cum anima mi-

ſera ſuperbior efficitur diuitias contemnendo, quàm fuerat poſsidendo?

NON prodeſt nobis noſtra relinquere, niſi relinquamus & nos. Non enim dicit Dominus. Beati pauperes rebus, ſed beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. De contemptu rerum quiſque debet eſſe humilior, nō ſuperbior: & melius eas in ſeculo retineret, quam ſic relinquere, ut inde in monaſterio ſuperbiret. Sicut ergo illa anima eſt beata, quæ ſua propter Deum pauperibus diuidit, ut humilietur: ita illa miſera, quæ inde extollitur. Infelix quippe eſt, quæ per iter uirtutum tendit ad uitium: & unde præmium habere debuit, inde tormentum incurrit. Omnis quippe ſuperbia tantum in imo eſt, quantum in altum ſe erigit: tantoque profundius labitur, quanto excelſius eleuatur. Reſecatis quibuſdam uitiis, ad unanimitatem redit, quā primo commendauit, dicens. Omnes ergo &c. Matt. 5.

E che gioua, ſpargendo dare a' poueri, e farſi pouero, quando la miſera anima diuenta piu ſuperba diſpregiando le ricchezze, che non era poſſedendole?

MEglio certamente è sostenere alcuna cosa di pouertà, e disagio per amor di Dio, che soprabondare, & hauerne di souerchio. Imperoche che la pouertà, che per l'amor di Dio si sostiene, genera la humiltà; la quale è principio di tutti i beni. La abondanza partorisce la superbia; la quale è principio di tutti i mali. Però il seruo di Dio, per potere sempre raffrenare l'appettito della carne, sempre dee attendere al meno. In tanto che etianaio de gli alimenti, & uestimenti stessi si contenti d'hauer ancor meno, di quello li sia dibisogno. Perche noi habbiamo, per aiutore della nostra intentione di dentro, questo huomo, ilqual portiamo di fuori. E benche siano dentro i mouimenti della lascivia; abondano però gli effetti della buona operatione. Onde fà di bisogno, che l'huomo nostro interno, come giusto arbitro, soprastia, e seggia tra se, e quest'huomo, ch'egli porta di fuori: In guisa tale, che l'huomo suo esteriore sempre sia basteuole a seruire al debito ministero, & ufficio suo; ne mai ardisca baldanzosamente, & superbamente contradire. Segue.

Non sit notabilis habitus uester, nec affectetis uestibus placere, sed moribus.

FECIT iste sanctus uir, quod docuit. Scriptum est enim, quia calciamenta, & uestimenta eius nec nitida nimium, nec abiecta plurimum; sed ex moderato, & competenti habitu erant. Ipse quoq; de se dixisse legitur. Fateor, qđ de preciosa ueste erubesco. Non decet hanc professionem, non decet hanc admonitionem, non decet hæc membra, non decet hos canos. Hinc dominus in euangelio. Ecce, qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt. Mollia dicuntur uestimenta, eo quod mollem animũ efficiunt. Mollibus uestimentis regia delectatur aula. Asperis, & humilibus Christi delectatur ecclesia. Talia debent esse uestimenta clericorum, in quibus nihil notari possit nouitatis, nihil uanitatis, nihil superfluitatis, nihil quod pertineat ad superbiam, & uanam gloriam. Hieronymus ait. Non nitida uestis, sed munditia mentis ornatum facit clericum. Ornemus ergo nos spiritualibus ornamentis, scilicet castitate, humilitate, mansuetudine, obedientia, patientia, charitate. Hæc sunt indumenta, quibus anima potest cœlesti Imperatori placere. Non enim exteriorem, sed interiorẽ pulchritudinem requirit inuisibilis sponsus, sicut scriptum est.

Mat. 11
Luc. 7.

Psal.44. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Nostræ ergo diuitiæ, nostra pulchritudo, boni mores sunt. Et beata illa anima, cui dicitur
Cant.4. in cantico canticorum. Quam pulchra es, amica mea, & macula non est in te. Studeamus ergo inuisibili Domino placere; non ve-
Rom.12. stibus, sed moribus: ut impleatur in nobis, quod per Apostolum precipitur. Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in no
2.Cor.4. uitate sensus uestri. Nam, & si exterior homo noster corrumpitur, interior tamen renouatur de die in diem. Deinde subiungit, de incessu, statu, & cæteris moribus, dicens. Quando proceditis.

Non sia notabile, & apparente l'habito uostro: ne cercate studiosamente di piacere per li uestimenti, ma per li santi costumi.

FECE questo santo huomo quello, che insegnò. Onde è scritto di lui, che i uestimenti, & calciamenti suoi erano ne troppo splendidi, & politi; ne molto abietti, & uili. Ma erano di temperato, e conueniente habito, e portamento. Et anco si legge, che egli disse: Io confesso, che m'arrosso, e uergogno della pretiosa ueste. Perciochе non si conuiene a questa professione, non si conuiene a questa ammonitione, non si conuiene a queste membra, non si conuiene a questi capelli canuti. Per tanto dice il Signore nel uangelo. Quelli che uestono drappi molli, & delicati, sono nelle case reali. Le uestimenta per tanto sono dette molli, perche fanno l'animo molle, & feminile. La corte regia si diletta de' molli, & delicati uestimenti: La chiesa di Christo si diletta de' panni asperi, & humili. Tali, & si fatti debbono essere i uestimenti de i chierici, che nulla di nouità si possa notare, e scorgere in essi: niente di uano, niente di souerchio, niuna cosa appartenente a superbia, e uanagloria. Dice san Gieronimo. Non la polita ueste, ma la nettezza & purità della mente è quella, che adorna, e polisce il chierico. Orniamoci adunque de gli spirituali ornamenti: cioè, di castità, di humiltà, di mansuetudine, di obedienza, di patienza, di carità. Questi sono quei uestimenti, per liquali l'anima può piacere al celeste Imperatore. Atteso, che l'inuisibile sposo non ricerca la bellezza di fuori, ma la bellezza di dentro, si come è scritto. Ogni gloria di questa figliuola del Re sta nella parte interna. Adunque le nostre ricchezze, la nostra bellezza sono i buoni costumi. E beata quella anima, alla qual è detto ne' cantici. Oh come sei tu bella, amica mia, & macchia non è in te. Studiamoci adunque di aggradire all'inuisibile Signore, non per li uestimenti, ma per li buoni & santi costumi: acciochе in noi s'adempia quello, che per l'Apostolo è commandato.

Non

Non ui vogliate conformare a questo secolo, ma riformateui nella nouità del senno uostro. Che certo, ben che'l nostro huomo esteriore si corrumpa, l'interiore nondimeno di dì in dì si rinuoua. Soggiunge poi il modo dell'andare, dello stare, e de gli altri costumi, dicendo.

Quādo proceditis, simul ambulate, cum ueneritis quo itis, simul state.

SAncta perfectorum ecclesia non solum floret honore religionis, sed etiam honestatis decore pollet: sicut scriptum est. Flores mei fructus honoris, & honestatis Religiosum quippe, & honestum est, ut sicut simul habitant fratres; ita quoque simul ambulent, & simul stent. Et Apostolus præcipit. Vt omnia honestè, & secundum ordinem fiant. Potest quoque in hac coniunctione aliquid spirituale intelligi. Sanctorum quippe societas, ut castrorum acies ordinata, describitur. Castrorum namque acies cum ad bellum se præparat; prius se congiunere, atque ordinare festinat, ne ab hostibus interrumpi, aut penetrari ualeat. Sic nimirum nostra spiritualis acies, quæ bene coniuncta, & ordinata, simul ambulare, simul stare precipitur. Contra diabolum quotidie munitur ad bellandum, ut uidelicet ex sua coniunctione terreat antiquum hostem: qui in seruis Dei nihil tantum timet, quantum concordiæ unitatem. Sed valde nobis notandum est quod dicitur. In incessu, statu &c.

Eccl. 24.

1. Co. 14

Cant. 6.

Quando andate in alcun luogo, gite, e caminate insieme: & come siete giunti, doue andate, fermateui, e restate insieme.

LA santa chiesa di perfetti non solamente fiorisce d'honore di religione, ma ancora risplende di bellezza, & ornamento di honestà: si come è scritto. I fiori miei sono frutti d'honore, e d'honestà. Religiosa cosa e certamente, & honesta, che si come i fratelli habitano insieme, cosi ancora insieme uadano, & in sieme stiano. Et l'Apostolo comanda, che tutte le cose honestamente, & ordinatamente si facciano. Puossi ancora, in questa congiuntione corporale, intendere alcuna cosa spirituale. Conciosia che la compagnia de' santi si discriua essere terribile a guisa d'una schiera ben ordinata di combatenti. Perche la schiera di quelli, che si apparecchiano per combattere, in prima s'affretta, e studia d'unirsi, e stringersi insieme, & ordinarsi, accioche da' nemici non possa essere interrotta, o trapassata. Cosi certamente la nostra schiera, & compagnia

pagnia spirituale, alla quale è commandato, che ben ristreta, & ordinata debba insieme andare, et insiememēte stare; armasi, & apparecchiassi tutto'l dì a battaglia cōtra il diauolo suo aduersario: acciochè per tale sua unione spauenti, e ponga terrore all'antico nimico. Il quale ne i serui di Dio niuna altra cosa è, che tanto tema, quanto la unità della concordia. Ma dobbiamo molto bene notare quello, che dice.

In incessu, statu, habitu, & in omnibus motibus uestris, nihil fiat, quod cuiusquā offendat aspectum; sed quod uestram deceat sanctitatem.

SIC debent uiuere canonici, ut a nemine iustè ualeant reprehendi. Valde enim in congruum est, ut ipsi reprehensibiliter uiuant, quorum ordo exigit, ut cæteris formam sanctitatis ostendant. Nam ad eos hæc uox proprie pertinet, qua dicitur. Estote
Leu.19. sancti, sicut, & ego sanctus sum, dicit Dominus. Verè sancti esse debemus, qui nomen, & habitum religionis, & sanctitatis suscepimus, qui diuino cultui sumus mancipati; sacrisque altaribus Chri-
1.Cor.4. sti consecrati, & diuinis misterijs ordinati. Ergo sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Non præcipit tantum Apostolus, ut ita simus: sed sic nos existimet homo, inquit. Non enim sufficit nobis uita sancta, nisi sit, & fama bona. Nam uita iusta nobis est necessaria propter nos: fa-
1.Tim.3. ma autem bona propter alios. Vnde rursus ait Apostolus. Oportet nos ab iis, qui foris sunt bonum habere testimonium, sic ergo debemus uiuere, ut uita concordet cum nomine, & professio teneatur in opere: ut si sanctus est ordo, sancta sit conuersatio: & si bene de nobis dicitur, testimonio bonę actionis comprobetur. Tunc religiose uiuimus, si illicitos motus sub disciplina cohercemus, si membra, & sensus nostros studeamus restringere; ut non possit lasciuiæ, & leuitati deseruire; ut aspectus noster sit simplex, & humilis. Ne fixè aspiciat oculus, quod illicitè concupiscat animus; ut noster auditus sit purus, & discretus: ea quę superflua sūt, & uana respuens, ea quæ Dei sunt gratanter suscipiens: ut sermo noster sit sale conditus; ociosa, & nociua de testans; bona, & vtilia commendans: ut sit in corde munditia, in uultu pudicitia, incessus cum grauitate, stans cum reuerentia, motus cum maturitate, habitus cum religione; quatenus ubique resplendeat sanctitas, emineat honestas, seruetur humilitas; ut in omnibus motibus no-

stris

ſtris nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum, ſed quod noſtram deceat ſanctitatem. Sequitur. Oculi ueſtri.

Nell'andare, nello ſtare, nel ueſtire, & in tutti i uoſtri mouimenti niuna coſa ſi faccia, che poſſa offendere l'aſpetto d'alcuno; ma quello, ch'alla ſantità uoſtra ſi conuenga.

IN cotal guiſa debbono uiuere i canonici, che da niuno poſſano eſſere giuſtamente ripreſi. Imperoche egli è coſa molto ſconueneuole, che coloro uiuano riprenſibilmente, l'ordine, e lo ſtato de' quali richiede, che moſtrino a gli altri la forma & la uia della ſantità. Conciosia che a loro propriamente s'appartenga quella uoce, che dice. Siate ſanti, ſi come, & io ſon ſanto, dice il Signore Iddio. Veramente ben doppiamo eſſer ſanti noi, i quali habbiamo preſo il nome, e l'habito della religione, & della ſantità: i quali ſiamo deputati al ſeruigio del colto diuino, & conſecrati a i ſacri altari di CHRISTO, & ordinati a i miſterij diuini. Adunque coſi uiuiamo, che ogn'huomo ci reputi, e ſtimi, come miniſtri di CHRISTO, & come diſpenſatori de' miſterij di Dio. Ecco, che non ſolamente commanda l'Apoſtolo, che coſi ſiamo, ma dice, che coſi, & per tali ſiamo tenuti, e ſtimati da gli huomini. Perche non ci baſta la ſanta uita, ſe ancora non habbiamo la bona fama. Conciosia che la uita giuſta ſia a noi neceſſaria per noi, ma la buona fama per gli altri. La onde ancora dice l'Apoſtolo. Conuienci hauere buona teſtimonianza da quelli, che ſono di fuori. Coſi adunque dobbiamo uiuere, che la uita s'accordi col nome, & la profeſſione, che habbiamo fatta, ſi tenga nell'opera. Accioche ſe ſanto è l'ordine, ſanta ſia ancora, la conuerſatione: & ſe di noi ſi dice il bene, ſia approuato per teſtimonianza della buona operatione. Allhora uiuiamo noi religioſamente, quando gli ſconueneuoli mouimenti ſotto la diſciplina raffreniamo: quando le membra, & i ſentimenti noſtri coſi ſtudiamo di riſtringere, che non poſſano ſeruire, & darſi alla laſciuia, ne ad alcuna leggierezza. Si, che l'aſpetto, e'l guardo noſtro ſia ſemplice, & humile: affine, che l'occhio fiſſo non miri quello, che l'animo poſſa ſconueneuolmente, & uitioſamente deſiderare. Che l'udito noſtro ſia puro, & diſcreto, rifiutando d'udire quelle coſe, che ſono ſouerchie, & uane; & quelle che ſono di Dio allegramente riceuendo. Che'l parlar noſtro ſia condito di ſale; biaſmando quelle coſe, che ſon'otioſe, e nociue, e commendando quelle, che utili ſono, e buone. Che la netez-

nettezza sia nel cuore, la pudicitia nel uolto; l'andare con grauità, lo stare cō riuerēza, il mouimento cō maturità, l'habito con religione: si, che per tutto, & in ogni luogo risplenda la santità, apparisca la honestà, & sempre sia seruato l'humiltà. Acciochè in tutti i nostri mouimēti niuna cosa si faccia, che offenda l'aspetto di alcuno, ma tutto quello, che conuenga alla nostra santità. Segue.

Oculi nestri, etsi iaciantur in aliquam fœminarum, in nullam figantur. Neque enim, quando proceditis fœminas uidere, prohibemini: sed appetere, uel ab ipsis appeti uelle, criminosum est.

Matth. 5 VNde Dominus in euangelio ait. Qui uiderit mulierem ad cōcupiscendum eam, iam mæchatus est in corde suo. Et quia per illicitum uisum concupiscentia oritur, per quam mentis integritas uiolatur, necesse est, ut seruus Dei semper uisum suum reprimat: ne per concupiscentiam, & immunditiam cordis offendat
2. Re. 11 Deum. Sanctus Dauid, quia oculos suos in fœminam iecit, & fixit, illicito appetitu deuictus, adulterium, & homicidium perpetrauit. Si ergo tantus uir, per incuriam oculorum, cecidit; nos qui longè ab eius sanctitate distamus, tam mortale præcipitium summopere timere, & cauere debemus. Teneamus igitur sententiam
Iob, 31. beati Iob, qua dicitur. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut nec cogitarem de vergine. Quia enim sensit uir sanctus, quia per exteriorem uisum interior corrumpitur animus, fecit pactum cum oculis suis, ne intuitu aspiceret, quod illicitè concupisceret. Non enim perfectè uincitur uitium, nisi solicite causa, & opportunitas uitij caueatur. Hinc est quod Lot, fugienti a Sodomis, præcipitur, ut
Gen. 19. non retrospiciat: neque remaneat in omni circa regione, sed in monte saluum se faciat. Quisquis enim perfectè appetit incentiua uitiorum fugere, ab aspectu, & uicinitate ipsorum se debet alienū facere: atque ad alta uirtutum conscendere, ut tanto a uicijs liber maneat; quanto se ab eis corpore, & uirtute elongat. Et quod uisus causa sit concupiscentiæ, ostenditur cum subinfertur. Nec solo tacito, &c.

Gli occhi uostri, poniamo, che alcuna uolta siano disauedutamente trasportati

in

inuedere alcuna femina, in niuna però sia no fissamente fermati: percioche, quando uoi andate in alcun luogo, non ui si uieta il ueder le femine: ma uitiosamente desiar le, o uoler da quelle esser desiato, è cosa di mortal diffetto.

ONde dice il Signore nel uangelo. Chi guarderà la Donna con cõcupisceuole appetito, già hà commesso l'adulterio nel cuor suo. Et conciosia, che per lo illecito uedere nasca in noi la concupiscenza, per la quale uien corrota, e uiolata la integrità della mente, per tanto è di necessità, che'l seruo di Dio ristringa il suo guardo: acciochè per concupiscenza, & immonditia di cuore non offenda Iddio. Dauid santo, perche gli occhi gittò, & fermò nella femina, uinto dallo sconueneuole appetito, commise l'adulterio, e l homicidio. Se adunque un tanto huomo per trascuraggine, & inauertenza de gli occhi caddè in peccato. Noi che per lunga distanza siamo lontani dalla santità di quello, ben dobbiamo con sommo studio temere, & schifare così mortale precipitio. Però teniamo la sentenza del beato Giob, che dice. Io hò pattuito con gli occhi miei, acciochè io non pensassi pur della vergine. Percioche sapendo, e conoscendo il sant'huomo, che per la uista di fuori, si corompe l'animo, dẽtro; per tanto fece patto con gli occhi suoi, acciochè mirando, non guardasse quello, che desiderare potesse illecitamente. Imperoche non si uince giamai perfettamente il uitio, se la cagione, e l'oportunà del uitio sollecitamente non si fugge, e schifa. Per questo fù commandato a Lot, quando fuggiua da Sodoma, che non si guardasse a drieto, ne rimanesse in niuna di quelle contrade, ma che nel mõte si saluasse. Imperoche chiũque perfettamente desidera di fuggire gli incendij, & ardori de uitij, dee dalla uista, & uicinanza loro allontanarsi, e salire all'altezza delle uirtù. Aiciochè tanto più rimanga libero da' uitij, quanto piu da loro col corpo, e col ualor della uirtù si dilunga, & allontana. Et che'l uedere sia cagione della concupiscenza, dimostrasi in ciò che soggiugne:

Nec solo tacito affectu, sed affectu, & aspectu quoque appetitur, & appetit concupiscentia fœminarum.

impudicus oculus impudici cordis est nũtius.

SEpe, quæ intus latent, exteriora membra denuntiant; & frequẽter per habitum corporis cognoscitur habitus mentis. Minor autem est culpa dum latet in occulto, sed maior iam efficitur dũ incipit apparere in publico. Et sciendum est, quia impudicitia alia est spiritualis, alia carnalis. Spiritualis est, quæ per delectationem cogitationum intus tantum agitur. Carnalis est, quæ corporaliter completur. Fit autem multis modis. Nã modo per uisum, modo per auditum, modo per tactum, modo per cogitationem, modo per locutionem, modo per operationem. Talibus fomentis nutritur, & exercetur libido, & separatur anima a Deo. Fugit de moribus castitas, & exercetur in sensibus luxuria. Vnde, & subditur. Et cum se inuicem &c. Psa. 110

Ne uogliate dire, che uoi habbiate gli animi pudichi, e casti, hauendo gli occhi lasciui, e dishonesti: pcioche l'occhio impudico è messaggiero del cuor dishonesto

SPesse uolte le membra di fuori fanno palese quelle cose, che stanno entro nascose, & molte fiate per l'habito del corpo si conosce l'habito della mente. Ma la colpa è minore, mentre ella sta celata in occulto, & allhora diuenta maggiore, quando incommincia ad apparere, e dimostrarsi in publico. Et è da sapere, che la impudicitia, alcuna è spirituale, & alcuna carnale. La spirituale è quella, laquale per dilettatione de i pensieri dentro nel cuore solamente s'adopra. La carnale è quella, che corporalmente si compie: E questa si suol fare in molti modi. Poscia che hora si fà con la uista, hora con l'udito, hora col tatto, hora col pensiero, hora con la fauella, & alle uolte con l'operatione. Con questi tali alimenti, e si fatte maniere, si nudrisce, & essercita la libine, & si di parte l'anima da Dio, la castità fugge da costumi, & nei sentimenti s'essercita, & adopera la lussuria. Onde ben soggiunge ancora.

Et cum se inuicem sibimet etiam tacẽte lingua, conspectu mutuo corda nunciant impudica, & secundum cõcupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore:

etiam intactis ab immunda uiolatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus.

CAstitas quippe de moribus fugit, dum libidinosa uoluntas conspectibus mutuis, magis, magisque inardescit, & si corpus ab immunda uiolatione non tangitur, ipsa tamen immunda uiolatio uisu, affectu, cogitatione, delectatione perpetratur. Istis fomentis, quasi quibusdam gradibus, crescit peccatum. Cogitatio praua delectationem parit, delectatio consensum, consensus operationem, operatio consuetudinem, consuetudo necessitatē. Apostolus autem legem peccati dicit esse in mēbris: quæ lex consuetudo est, quam peccando concipimus, & non ab ea cum uolumus, discedimus: quia iam necessitatis uinculo, per cōsuetudinem retinemur. Bonum est ergo culpam corrigere cum incipit apparere: quia si morari ceperit, immanitatem sceleris facit. Et quid dicit psalmus de huiuscemodi? Prolungauerit iniquitatem suā. Dominus iustus concidet ceruices eorum. Sequitur Nec putare.

Et quando auicenda l'uno con l'altro, etiandio che la lingua tacia, con reciproco sguardo s'annūtiano, e mostrano i cuori loro lasciui; & secondo la concupiscentia carnale si dilettano dell'ardore l'uno dell'altro: Et ancor che i corpi restino intatti, e senza macchia d'immōda uiolatione; fugge però, & partesi la castità da i santi costumi.

LA castità certamente fugge da i santi costumi, quando la libidinosa uoglia del carnal diletto piu, e piu s'accende per li dishonesti sguardi, scambieuolmente fatti Et auegna, che il corpo da immonda uiolenza non sia tocco, nondimeno essa immonda uiolatione col uedere, con l'affetto, col pensiero, e con la dilettatione è commessa, e perpetrata Con questi nudrimenti, come per certi gradi, cresce il peccato. Il cattiuo pensiero partorisce la dilettatione, la dilettatione il consentimento; il consentimento la operatione, la operatione la consuetudine, la consuetudine la necessità. Dice lo Apostolo, la legge del peccato essere nelle membra.

bra. Questa legge è l'usanza, laquale noi concepiamo peccando: ne da lei ci possiamo dipartire, quando uogliamo. Perche gia siamo ritenuti dal legame della necessità, per la mala usanza. Buono è adūque correggere la colpa tantosto, ch'ella incomincia apparere. Percioche, se comincierà a dimorare in noi, faracci uenire in gran precipitio di peccati. Ma di questi tali, che ne dice il Salmo? Essi prolungano la iniquità loro, & il giusto Signore romperà, e troncherà i capi loro. Segue.

Nec putare debet qui in fæminam figit oculum, & illius in se ipsum diligit fixum, ab alijs se non uideri, cum hoc facit: uidetur omnino, & a quibus se uideri, non arbitratur.

HOC videmus frequenter contingere de ijs, qui culpas suas uolunt abscondere. Qui dum sua uitia, quasi cautè, & latenter, agere existimant: ipsi seipsos, dum nesciunt, demonstrant. Et culpa, quæ occulta esse creditur, ab aliis manifestè cognoscitur. Sequitur. Sed, & si lateat, &c.

Ne dee pēsar colui, che affissa l'occhio nella Donna, e piacegli altresi, l'esser fissamente uagheggiato da lei, di non esser ueduto da altri, quando ciò fà: perche certo egli è ueduto, & da quei forse, da quali non si crede esser ueduto.

QVesto ueggiamo noi spesse uolte auuenire di quelli, che uogliono nascondere le colpe loro. Che pensandosi di commette i uitij, e tristitie loro con molta cautela, e secretezza, essi medesimi, non se ne auedendo, palesano e scoprono se stessi. E così da gli altri manifestamente è cognosciuta quel'a colpa, laquale si credeua esser occulta. Segue.

Sed, & si lateat, & a nemine hominū uideatur, quid faciet de illo desup inspectore, quem latere nihil potest? An ideo pu-

tandus est non uidere, quia tantò uidet patientius, quanto sapientius.

IN cunctis, ergo, quæ uel agendo, uel loquendo, uel cogitando delinquimus, aspectum iudicis uehementer formidare debemus.
Psa. 121 Quia si aliquando non apparent hominibus nostra uitia, illius oculis omnia sunt nuda, & aperta. Et hoc nos deberet a culpa reprimere, quia in eius iuditio nihil inultum poterit remanere. Contra uitiorum incentiua debemus opponere inferni tormenta, & contra transitoriam delectationem perpetuum dolorem. Valde stultus est, qui pro eo quod paruo tempore luxuriæ deseruit,
Iob. 4 suumque miserum desiderium prauis delectationibus pascit, & cęlestem perdit amęnitatem, & æternam incurrit damnationē. Sequitur. Illi ergo, &c.

Ma poniamo, che sia nascosto, & che da niuno homo sia ueduto: che farà il misero di quel riguardator di sopra, al qual niuna cosa può essere celata? Debbessi egli forse pensare, che per tanto egli nō uegga: perche tanto piu patientemente, quanto ancor piu sauiamente uede.

IN tutte le cose adunque, nelle quali noi ci ueggiamo offendere, o con l'opera, o col parlare, o col pensiero; dobbiamo hauere grandissima paura dell'aspetto dell'occulto Giudice: percio che, se bene i nostri uitij non appariscono a gli huomini, tutta uia ogni cosa è nuda & aperta a gli occhi suoi. Ilche ben ci douerebbe raffrenare dalla colpa, pensando che nel giudicio suo niun peccato potrà rimanere senza castigo di uendetta. A gli ardori de' uitij dobbiamo opporre i tormenti dell'inferno, & alla transitoria dilettatione il perpetuo dolore. Ben'è grandemente pazzo colui, che per lo poco tempo, che egli serue alla lussuria, & piacere della carne, pascendo il suo misero desiderio di praue dilettationi, poi che la celeste dolcezza perde, & incorre nella eterna dannatione. Segue.

Illi ergo uir sanctus timeat displicere, ne uelit fœminæ malè placere. Illum cogitet

tet omnia uidere, ne uelit fœminam malè uidere. Illius nanque, & in hac causa commendatus est timor, ubi scriptum est. Abo minatio est Domino deffigens oculum.

EX quibus uerbis patet, quia si oculum in fęminam figimus, Deo nostro cui placere debuimus, displicemus, & abominabiles sumus: & a quo debuimus recipere gloriam, recipimus pęnam. Qua propter necesse est, ut si a nostris uitijs diuinus nos nō separat amor, uel reprimat timor. Et si nos non delectant superna gaudia, uel terreant æterna supplitia. Sic incipit homo recedere a peccatis, si timeat displicere authori suo. Sed dicit aliquis. Quomodo timebo Deum? Si uis Deum timere, cogita illum omnia uidere. Titillat te mala conscientia, cogita quia Deus te uidet. Quid quid in te mali fuerit, pensa, quod Deus totum conspicit. Quid quid egeris, aut dixeris, aut mente tractaueris, semper attēde super te oculos Dei, semper time displicere illi. Hæc est uia iustitiæ, hæc sunt primordia sapientiæ, sicut scriptum est. Initium sapientiæ timor Domini. Sequitur. Quando ergo, &c. Rom. 7.

A lui adunque l'huomo santo tema di spiacere, a fine che non uoglia alla donna maluagiamente piacerę. Pensilo ogni cosa uedere, a fine che non uoglia la femina malamente uedere. Percioche etiandio in questa materia il timor di costui uien commendato, doue è scritto. Abominatione à Dio è, chi affissa l'occhio.

PER queste parole assai è manifesto, che se noi affissiamo l'occhio dishonestamente in alcuna femina, diuentiamo dispiaceuoli, & abomineuoli a Dio, alquale doueuamo piacere: & dal quale doueuemo riceuere gloria, riceuiamo pena. Per la qual cosa egli è di necessità, che se l'amor di Dio non ci diparte da i nostri uitij, almeno ce ne ritragga il timor suo. Et se pur non ci dilettano le superne gioie, & allegrezze, almeno ci spauentino gli eterni supplicij. In questo modo incomincia l'huomo a partirsi dal peccato, se egli teme dispiacere al Creator suo.

suo. Ma forse dirà alcuno. In che modo temerò io Iddio? Se tu uuoi temer' Iddio, pensa, che egli uede ogni cosa. Ti tenta con lusinghe la mala conscienza, pensa che Iddio ti uede. Tutto ciò che senti in te di male, pēsa, che Iddio tutto lo uede. In qualunque cosa tù fai, o dici, o pensi, attendi sempre gli occhi di Dio, che sono soura di te, con hauer sempre paura di dispiacergli. Questa è la uia della giustitia, questi sono i principij della sapientia. Si come è scritto. Principio di sapientia è il timor di Dio. Segue.

Quando ergo simul estis in ecclesia, vel ubicunque fœminæ sunt, inuicem uestram pudicitiam custodite.

MAgna est pudicitiæ uirtus, & multum commendata in scripturis diuinis. Hęc uirtus cœlestis, & spiritualis est. Nam hominem a terra subleuat, angelus sociat, Deo coniungit, de terreno cœlestem, de carnali spiritualem facit. Hæc uirtus etiam humanam naturam transcendit. Nam, quod homo pudicus, quod castus est, non tam uirtus humana facit, quam diuina. Per hanc nos amat inuisibilis sponsus. Non enim Deo placet anima, si non est casta, si non est pudica. Nam si immunditię, & luxuriæ deseruit, abhominabilis est ei, & reproba. Pudicitiæ enim uirtus, & Deo acceptabilis est, & hominibus. Hanc nobis inuidet, hanc impugnare non cessat hostis antiquus. Ipse est enim persuasor immūditiæ, atque luxuriæ. Plures decipit, plures corrumpit. Non parcit clericis, non indulget monachis; & quod satis gemendum est, ipsos etiam religiosos prosternit. Necesse est ergo summa uigilantia inuicem pudicitiam custodire. Nam si eam perdimus, totum ammittimus, etiam nosmetipsos. Qui perdit pudicitiam, perdit animam suam, perdit Deum, perdit seipsum Sed ad hoc in unum habitamus, ut nos innicem custodiamus, inuicem corrigamus, inuicem erudiamus: ut quod quisque non potest per seipsum, possit per alium. Et quia nostra custodia, non a nobis, sed a Deo est, bene subditur. Deus enim, &c.

Quando adunque siete insieme nella chiesa, ouero in qualunque luogo, doue siano donne, guardate insieme l'uno con l'altro la uostra pudicitia.

Grande

GRande è la uirtù della castità, & è molto commendata nelle scritture diuine. Questa uirtù è celeste, & spirituale. Percioche ella solleua l'huomo alto da terra, l'accompagna a gli angeli, congiungelo con Dio; di terreno lo fà celeste, di carnale spirituale. Questa uirtù trappassa ancora la natura humana. Imperoche non tanto l'humana uirtù fà, che l'huomo sia pudico, e sia casto, quanto la diuina. Per questa uirtù ci ama l'inuisibile sposo. Perche non piace l'anima a Dio, se ella nõ è casta, se non è pudica: che se ella serue alla immonditia, & lussuria, l'hà a schifo, & la rifiuta. Perche le uirtù della pudicitia aggradisce, & a Dio, & a gli huomini, Questa ci inuidia, ne mai cessa d'impugnare l'antico nimico. Percioche egli è esortatore della immonditia, e della lussuria. Multi ne inganna, molti ne corrompe: non perdona à chierici, non perdona a monachi: & che è cosa assai da piangere, atterra, & abbatte etiandio i religiosi. Ben è adunque necessario, che con somma uigilantia, & solecitudine noi ci guardiamo l'uno con l'altro la nostra pudicitia. Percioche perdendola, perdiamo ogni cosa, etiandio noi medesimi. Chi perde la pudicitia, perde l'anima sua, perde Iddio, perde se stesso. Ma a questo fine noi habitiamo uniti insieme, accio che l'un l'altro ci guardiamo, l'un l'altro ci emmendiamo, l'un l'altro ci ammaestriamo: a fine che quello, che altri non può per se medesimo, lo possa con l'altrui auito. Ma perche la guardia nostra non è da noi, ma da Dio, per tanto ben soggiunge.

Deus enim, qui habitat in uobis, etiam isto modo custodiet uos ex uobis.

NON enim sufficiens est nobis nostra custodia, nisi etiam adsit diuina. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat, qui custodit eam. Nemo est, qui pudicitiam possit custodire, aut in se ipso, aut in alio, nisi per Deum. Sed si ipse habitauerit in nobis, poterimus per ipsum, quod non possumus per nos. Sic ergo studeamus uiuere, ut nos in Christo, & ipse in nobis dignetur habitare; ut casti, & iusti possimus esse per ipsum, qui uiuit, & regnat Deus per omnia secula seculorum Amen. Sequitur. Et si hanc, &c. Ps. 126.

Percioche Iddio, ilquale habita in uoi, ancora ĩ questo modo guarderà uoi p̃ uoi.

IMPERCIOCHE la guardia nostra non ci basta, se non ci aiuta quella di Dio. Se'l Signor non guarderà la città, in darno ueggbia colui, chi la guarda. Non è huomo alcuno, che possa guardare la pudicitia,

dicitia, o in se, o in altri, se non per Dio. Ma se egli habiterà in noi, potremo con l'aiuto suo quello, che per noi medesimi non possiamo. Studiãci adunque di uiuere in tal modo, che noi in CHRISTO, *& egli in noi si degni di habitare: acciò che possiamo esser casti, e giusti per lui: Ilquale uiue, & regna Iddio per tutti i secoli de' secoli. Amẽ. Segue.*

Et si hanc, de qua loquor, oculi petulantiam in aliquo uestrum aduerteritis, statim admouete: ne malè cœpta progrediantur, sed de proximo corrigantur. Si autem, & post admonitionem iterum, uel alio quocunque die idipsum facere eum uideritis, iam uelut vulneratum sanandum prodat, quicunque hoc potuerit inuenire. Prius tamen est alteri, uel tertio demonstrandũ, ut duorum, uel trium possit ore conuinci: & competenti seueritate coerceri.

Gal. 6. HAEC sententia uerbis apostolicis, & euangelicis concordat. Ait enim beatus Paulus. Si fuerit homo preoccupatus in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in
Matt. 18 spiritu lenitatis. Et Dominus in euangelio. Si peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tibi duos uel tres testes, vt in ore duorum, uel trium stet omne
Heb. 10. verbum. Summa quidem diligentia inuestiganda, & corrigenda est culpa. Nam si eam non emendamus in hoc seculo, damnabi-
Prou. 9. mur in futuro. Vnde Apostolus ait. Horrendum est incidere in
2. Ti. 4. manus Dei uiuentis. Melius est ergo uitam nunc emendare, quam tunc perire. Qui amat corripi, sapiens est. Vnde scriptum est. Corripe sapiẽtẽ, & amabit te. Stultus autem si corripitur, irascitur. Sed quid dicit Apostolus ad discipulum? Insta, inquit, opportunè, importunè. Opportunè dicebat, propter illos, qui libenter audiebant uerbum prędicationis. Importunè propter eos, qui inuiti audiebant. Similiter eos, qui culpas redarguunt, aliquando opportet esse importunos: Sed ista importunitas non est ex ira, sed ex charitate:

charitate: & sępe is, qui conturbatur, quia corripitur, cum cogitare cœperit, cum quanto eum amore frater suus reprehenderit, gaudet de reprehensione, & studet, quod deliquit, emendare. Sequitur. Nec uos iudicetis.

Et se questa lasciuia d'occhio, di cui parlo, scorgerete in alcuno di uoi, tātosto ammonitelo: accioche le cose mal cominciate non procedano piu auanti, ma incontanente siano corrette, & emendate. Ma se dopo tal ammonitione ancora un'altra uolta, o qual si uoglia altro giorno uedretelo fare questo medesimo; allhora ciascuno, che'l potrà cogliere, come gia ferito, e piagato, lo scopra, e manifesti: a fine che si risani, e guarisca. Ma prima che ciò si faccia, debbesi mostrare anco ad uno, o due altri: acciò che p bocca di due, o di tre possa essere conuinto, & con conueneuole seuerità astretto, & castigato.

QVesta sententia ben s'accorda con le parole dell'Apostolo, & del uangelo. Conciosa, che il beato Paolo dice. Se alcun huomo sarà soprapreso in qualche difetto, e mancamento, uoi, che sete spirituali, ammaestrate questo tale in spirito di piaceuolezza, e benignità. Et il Signore nel uangelo dice. Se'l tuo fratello t'offenderà, ua, & riprendilo tra te, & lui solo. Se egli t'udirà, haurai guadagnato il tuo fratello. Ma se egli non ti uorrà udire, piglia teco due, ouero tre testimoni, acciò che ne la bocca di due, o tre stia ogni cosa. Veramente con somma diligenza è da inuestigare, & correggere la colpa Perciochè, se noi non la correggeremo in questo secolo, saremo dannati nell'altro. Onde dice l'Apostolo. Horribile, e spauenteuole cosa è il cadere, & incappare nelle mani di Dio uiuente. Meglio è adunque di emendare hora la nostra uita, che allhora perire. Colui che desidera di essere corretto, è sa-

 uio.

uio Onde è scritto. Correggi il sauio, & esso ti amerà: ma il pazzo se è corretto s'adira. Ma che dice l'Apostolo al suo discepolo? Insta, dice, opportunamente, et importunamente. Opportunamente, dice, per quelli che uolentieri udiuano la parola della predicatione. Importunamente, diceua, per coloro, iquali sforzatamente, & mal uolentieri l'udiuano. Similmente quegli, iquali riprēdono le altrui colpe, tal uolta lor conuiene esser' importuni. Ma questa tal importunità non uiene da ira, ma da carità. E spesso auiene, che colui, ilquale per essere corretto s'adira, et si conturba, cominciando poi a pensare con quant'amore, & carità il fratello suo l'habbia così ripreso, rallegrasi di quella riprensione, & studiasi di emendare il suo fallo. Segue.

Nec uos iudicetis esse maliuolos, quando hoc indicatis: magis quippe innocentes non estis, si fratres uestros, quos indicādo corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus uulnus habet in corpore, quod uelit occultari, dum timet secari, non ne crudeliter a te sileretur, & misericorditer indicaretur? Quanto ergo potius debes manifestare, ne deterius putrescat in corde.

SI crudelis est, qui vulnus in corpore fratris celat; multo magis crudelis est, qui vulnus peccati in anima fratris non indicat: Quia reus illius mortis existit, quem tacendo perire permittit. Sicut ille ex opere, ita iste damnatur ex taciturnitate. Quod si is crudelis est, qui culpam non detegit: è contra ille misericors est, qui eam non abscondit. Nec maiorem potest erga miserum agere misericordiam, quam pereunti prestare vitam. Magna illi quoque merces ab omnipotenti Deo debetur, a quo dictum est. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et Iacobus ait. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ suę, saluabit animam eius a morte, & operit sibi multitudinem peccatorum. Quo autem ordine culpa debeat demostrari, ostendit cum subiungit. Sed antequam, &c.

Matt. 5.
Iac. 5.

Ne

Ne ui reputate essere maligni, quando ciò appalesate. Anzi maggiormente non siete innocenti, e senza colpa, se i fratei uostri lasciate perire co'l tacere, iquali potete correggere co'l palesarli. Percioche se'l tuo fratello hauesse qualche piaga nel corpo, laquale uolesse tener occulta, per paura che li fosse tagliata, hor non sarebbe egli ciò da te crudelmente tacciuto, & misericordiosamente palesato? Quanto piu adũque dei manifestare la piaga dell'anima; acciò che con maggior danno, e pericolo non diuenga putrida nel cuore.

Se colui è crudele, ilqual nasconde, & tien celata la piaga, che è nel corpo del fratello: molto maggiormente crudel'è colui, ilquale non scopre, e manifesta la piaga del peccato, che uede esser nell'anima di quello. Essendo colpeuole della morte di colui, ilquale permette che perisca col suo tacere. E si come colui è dannato per il fare, cosi costui è ripreso per lo tacere. Se adunque colui è crudele, che non scopre, e manifesta la colpa; per lo contrario è misericordioso, chi non la nasconde: ne mostrar può maggiore misericordia uerso il misero, che dargli uita, quando muore. Di che gran mercede anco gli è douuta dall'onnipotente Iddio da cui è detto Beati i misericordiosi, percio che essi riceueranno misericordia. Et l'apostolo Giacomo dice. Colui che richiamerà, e farà tornar'in dietro il peccatore dall'errore della sua uia, saluerà l'anima sua dalla morte; & copre a se stesso la moltitudine de'peccati. Ma con che ordine la colpa del fratello si debba manifestare, lo dimostra in ciò che sogiunge.

Sed antequàm alijs demonstretur, per quos conuincendus est, si negauerit. Prius præposito debet ostendi, si admonitus neglexerit corrigi; ne forte pos-

ſit ſecretius correctus, non innoteſcere cæteris.

CVLPA cum occultè committitur, ab illis fratribus, qui eiuſdem culpæ conſcij ſunt, is, qui delinquit frater ſecretò debet corrigi. Qui ſi neglexerit audire, Patri monaſterii debet indicari, ut & ipſe fratrem ſecretò corrigat: quatenus culpa, quę adhuc latens eſt, ſi fortè ſecretius corrigi potuerit, non omnibus innoteſcat. Si autem negauerit; tunc teſtes adhibeantur, & conuictus, diſtrictius iudicetur. Et hoc eſt quod dicit. Si autem negauerit, &c.

Ma auanti, che a gli altri ſi diſcopra, ſe ammonito, hauerà ſprezzato d'emmendarſi, debbesſi prima al Propoſito moſtrare, e paleſare da coloro, per li quali in caſo, che egli negaſſe, è da eſſere conuinto: Accioche non poſſa per auentura piu ſecretamẽte corretto, uenir' à notitia de gli altri.

LA colpa, quando occultamente ſi commete, il fratello che pecca, debbe ſecretamente eſſer corretto da que' fratelli, iquali conſapeuoli ſono della iſteſſa colpa: ilquale ſe ſprezzerà d'udire, e riceuere tale correttione, allhora ſi dee manifeſtare al Padre del monaſtero; acciòche ancora egli ſecretamente corregа quel fratello: ſi, che la colpa, laquale è ancora naſcoſta, ſe per auentura ſi foſſe potuto emendare, non uenghino tutti à ſapere. Ma ſe egli negherà, allhora ſi producano i teſtimoni, per li quali poi che ſarà conuinto, con maggior ſeuerità ſia giudicato. E queſto è quello, che dice.

Si autem negauerit, tunc neganti adhibendi ſunt alii etiam coram omnibus, ut poſſit non ſolum ab uno teſte argui, ſed à duobus, vel tribus cõuinci. Conuictus vero ſecundum arbitrium Præpoſiti, uel etiã Presbyteri, ad cuius diſpenſationem per-

tinet

tinet arbitrium, debet emendatoriam subire uindictam.

QVI blandè castigatur, & non corrigitur, accrius necesse est, vt arguatur. Cũ dolore enim abscindẽdà sunt, quæ leuiter sanari non possunt. Qui admonitus de peccato secretè, corrigi negligit, publicè arguendus est, vt vulnus, quod occultè sanari nescit, manifestè ualeat emendari. Manifesta autem peccata non sunt occulta curatione purganda. Palam enim arguẽdi sunt, qui palam peccant. Vt dum aperta obiurgatione sanãtur, hi, qui eos imitando deliquerunt, corrigantur. Is qui secretò admonitus corrigi noluit, publicè conuictus debet emendatoriam subire uindictam. Sequitur. Quam si ferre, &c.

Ma s'egli negherà, allhora cõtra lui siano prodotti altri testimoni etiãdio in presenza di tutti: acciò che possa nõ solamente da un testimonio essere ripreso, e rinfacciato, ma ancora da due, o da tre essere cõuinto, & riprouato. E così conuinto poi, secondo l'arbitrio del Proposto, ouero del Prelato maggiore, alla cui dispositione l'arbitraria sentenza si appartiene, dee sopportare, e sostenere la castigatrice punitione.

Colui, che benignamente uien castigato, & non si corregge, fa dibisogno, che piu aspramente sia ripreso. Perciocbe conuiensi con doglia tagliare quelle piaghe, lequali con ageuolezza sanare non si possono. Colui, ilquale, secretamente ammonito del suo peccato, sprezza, ne uuol corregersi, publicamente dee essere ripreso. Acciò che la ferita, che occultamente non si sà guarire, manifestamente si possa curare, & emẽdare. I peccati manifesti non sono da essere purgati con occulta medicina. Atteso che coloro, che palesamente peccano, palesamente deono essere ripresi: acciochè essendo sanati con palese, & aperta riprensione, s'emendino ancor q̃lli, che al loro mal'essempio hauessero peccato. Colui, che

che

che secretamente ammonito, & auisato, non hà uoluto corregersi, di corregitrice uendetta, & supplicio dee essere punito, e castigato. Segue.

Quam si ferre recusauerit, etiam si ipse non abscesserit, de uestra societate proiciatur. Non enim & hoc fit crudeliter, sed misericorditer; ne contagione pestifera plurimos perdat.

Ioan. 10 de me. Multi sunt enim quibus non creditur, etiam cum uerum dicant. Quare? Quia aut mali sunt, aut in suspicione habentur, ne mali sint. Sed si uita nostra sine suspicione cœperit esse bona, mox uerba nostra sine dubitatione credentur esse uera. Quanto quoque minus bonus est, tanto minus ei creditur: & quanto cœperit esse religiosior tanto eius uerbis fides maior præstatur. Et quia infirmitatis necessitas aliquando appetit ea, quæ sibi sunt contraria. Ideo adiungit Sed tamen utrum, &c.

Finalmente se il seruo di Dio patisce alcun dolore occulto nel corpo, dicendo egli che si doglia, senza dubitatione, li sia creduto.

Ragioneuolmente dee esser creduto a colui, ilquale i buoni costumi, & la santa conuersatione commendano essere seruo di Dio. Conciosia cosa, che non dalla bocca di chi parla si conosca la uerità, o la falsità: ma da i frutti loro conoscerete quei dice il Signore. Non sono fallaci, non sono doppi, non sono di quelli, che nel cuore, & col cuore parlano cose false, i serui di Dio. Quali sono nel cuore, tali sono nella lingua La buona uita fà che si presta fede alle parole; ma la cattiua ancora l'istessa uerità rende dubbiosa. Sẽza dubitanza credessi a quelli, i quali senza alcun dubbio sono boni. Se'l dolore è nascoso nel corpo al seruo di Diò, il quale dice che si doglia, senza dubitatione sia creduto. poscia che il seruo di Dio guarda le uie sue, per che nõ offenda nella lingua sua. Il seruo di Dio teme di offender' Iddio non solamente con l'opera, ma ancora col parlare. Tali ci dobbiamo render nella conuersatione nostra, che ciò che noi diremo, ci sia creduto senza dubitatione. La uita dee laudare, & render commendabile il parlare: & le buone opere debbono rendere testimonianza alla uerità: si come dice il nostro Saluatore. Se uoi non credete a me, almeno credette alle opere. Le opere, dice, le quali io faccio, sono quelle che rendono testimonianza di me. Atteso che sono molti, a i quali non

uien

uien creduto etiandio quando dicono la uerità. Per qual cagione? Peroche, o ueramente sono rei, & cattiui, o che sono sospetti d'esser cattiui. Se la uita nostra senza sospitione incomincierà esser buona, di subito le parole nostre senza dubitatione saranno credute essere uere. Quanto ciascuno è men buono, tanto meno gli è creduto: & quanto ciascuno incomincierà ad esser piu religioso, tanto maggior fede, e credenza si presterà alle sue parole. E perche alcuna uolta la necessità della infermità suol' appetere, e bramare quelle cose, che li sono contrarie, per tanto ancora aggiunge.

Sed tamen, utrum sanando illi dolori, quod delectat expediat, si non est certum, medicus consulatur.

CRedendum est eorum uerbis: nec statim acquiescendum est eorum desiderijs. Nam, & famulos Dei tentant illicita desideria. Ergo si non est certum, medicus consulatur. Quæratur ille, qui de incerto facit certum. Nec mirum si mediocrum consilium quærimus, cum apostolum Paulum consilio medicinæ usum fuisse legamus. Nam per epistolam suam Timotheo præcipit, dicens. Modico uino vtere propter stomachum, ob frequentes infirmitates tuas. 1. Tim. 5 A rigore enim abstinétiæ discretus magister discipulum temperat, ne scilicet frequentibus passionibus fractus, a bono prædicationis elanguescat. Bonnum quippè erat, ut discipulus sanctus ex infirmitate fructum patientię redderet, sed utilius esse prauidebat Apostolus, si usu medicinæ aliquantulum conualescens, aliorum animas lucrifaceret CHRISTO. Ex diuersis autem bonis utiliora eligenda sunt. Hac uero auctoritate fulti, ad hoc medicinam corporalem quærere debemus, ut inde maiorem fructum Domino referamus. Sequitur. Nec eant, &c.

Ma tuttauia s'egli non è certo, che a guarire quel suo dolore, utile sia ciò, che li diletta, e piace, siano preso consiglio dal medico.

BEN si dee prestar fede alle parole de gli infermi; ma non è però così subitamente da consentire, & acquetarsi a gli appetiti loro. Adunque se non u'è di ciò certezza, prendassi il consiglio del medico: dimandisi colui, che fà certo l'incerto. Et gia non è marauiglia, se noi cer-

chiamo il consiglio de' medici, cõciosia cosa che leggiamo l'apostolo Pao lo hauere usato il consiglio della medicina. Atteso che per la pistola sua commanda a Timotheo, dicendo. Vsa un poco di uino per lo stomacho, & per le molte, e spesse tue infermità. Ecco il discreto maestro tempera il suo discepolo dal rigore della astinenza; acciochè essendo rotto, & afflitto dalle molte passioni corporali, non diuenti fiacco, e debole nel bene, & utilità della predicatione. Buona cosa era certamente, che'l santo Discepolo rendesse frutto di patienza per cagione della sua infermità: ma antiuedeua l'Apostolo esser piu utile, se'l Discepolo per l'uso della medicina migliorato, e rinuigorito alquanto, guadagnasse a CHRISTO le anime altrui: Essendo che, quando sono piu beni tra se diuersi, e differenti, li piu utili sempre eleggere si debbono. Noi adunque armati, & proueduti di tale, & tanta auttorità, a questo fine dobbiamo usare la medicina corporale, acciochè indi ne possiamo riportare al Signore maggior frutto spirituale. Segue.

Nec eant ad balnea, siue quocunque ire necesse fuerit, minus quam duo, uel tres: & ille qui habet aliquo eundi necessitatem, cum quibus Præpositus iusserit ire debet.

2.Cor.8. PRouidemus bona, ut ait Apostolus, non solum coram Deo sed etiam coram hominibus. Propter nos conscientia bona sufficit nobis; propter alios fama nostra non pollui, sed pollere debet in nobis. Qui confidens conscientiæ suæ negligit famam suã, crudelis est maximè in loco positus, de quo dicit Apostolus scri-
Tim.2. bens ad discipulum suum. Circa omnes te ipsum bonorum operum
1.Cor.4. prebe exemplum. Rursum alibi ait. Spectaculum facti sumus mundo, angelis, & hominibus. Qui nos amant, quærunt quid laudẽt in nobis: qui nos oderunt, detrahũt nobis. Nos autem in utroque medio constituti, adiuuante domino Deo nostro, & uitam nostram, & famam nostram, sic custodire debemus, vt non erubescant de
Eccl.4. detractoribus laudatores. Simul ergo ire debent duo, uel tres, & propter solatium, & propter bonæ famę testimoniũ. Vnde etiam Salomon ait. Væ soli, quia si ceciderit non habet subleuantem se: sed si fuerint duo, fouebuntur mutuo. Bene autem ait. Cum quibus Præpositus iusserit, ire debebit. Silicet, ut a Prelato prouideatur personæ, & a subdito uirtus seruetur obedientiæ. Sequitur ægrotantium cura, &c.

Et

Et non uadano i fratelli a' bagni, o in alcuna altra parte, doue fosse necessità d'andare meno di due, o di tre. Et colui, che hà necessità d'andare in alcun luogo, dee andarui con coloro, con li quali il Proposto commanderà, che uada.

NOI proueggiamo, come dice l'Apostolo, le cose buone, non solamente dinanzi a Dio, ma ancora dinanzi a gli huomini. Quanto a noi la buona conscienza ci basta: ma per gli altri la fama nostra non si dee macchiare, & imbrattare: ma dee in noi essere chiara, & illustre. Colui, che confidatosi della conscienza sua, poco si cura della sua fama, è crudele, massimamente essendo posto in quel luogo, di cui dice l'Apostolo, strinendo al discepulo. Fa che tu dia te stesso essempio a tutto di buone opere. Et anco dice altroue. Noi siamo fatti spettaculo al mondo, & a gli angeli, & a gli huomini. Quelli, che ci amano, cercano che poter lodare in noi: ma coloro, che ci odiano, ci biasmano, e dicono male di noi. Ma noi posti nel mezzo d'amendue, con l'aiuto del signor nostro Iddio, debbiamo & la uita nostra, & la fama nostra si fattamente guardare, e conseruare, che i morditori non possino per uergogna fare arrossire i Laudatori. Deono adunque andare due, o tre insieme, si per consolatione l'uno dell'altro, come per testimonio della bona fama. Onde dice anco Salomone. Guai al solo, perche, se caderà, non hauerà chi lo lieui; ma se seranno due s'aiuteranno l'un l'altro Et ben dice, che debbia andare con quelli, che commanderà il Proposto che vada; accioche dal Prelato sia proueduto alla sicurtà della persona, e dal suddito sia seruata la uirtù della vbedienza. Segue.

+ Aegrotantium cura, siue post ægritudinem reficiendorum, siue qua imbecillitate, etiam sine febribus laborantium, uni alicui debet iniungi: ut ipse de cellario petat, quod cuique opus esse perspexerit.

ELigendus est fratrer timens Deum, qui circa infirmos maximam curam gerat; & quod eis necessarium fuerit, ministrare studeat: & eo affectu eis deseruiat, ac si ipsi Domino nostro

IESV

IESV Christo deseruiret. Ipse enim dicturus est in iudicio. Infirmus fui,& uisitastis me. Et iterum. Quod uni ex minimis meis fecistis,mihi fecistis. Debent ergo fortiores imbecillitatem portare infirmorum. Sic enim diuina charitas adimpletur: teste Apostolo, qui dicit.Alter alterius onera portate, & sic adimplebi- Gal.6. tis legem Christi.Lex enim Christi est dilectio;dilectionis officiũ est,ut inuicem onera nostra portare: diuersa uero tempora,& diuisæ infirmitate faciunt, ut onera nostra portemus inuicem. Nihil autem sic probat amicum,quam oneris amici portatio.Sed,& ipse infirmus,quia pro Deo ei seruiatur,pensare debet,& summo pere cauere,ne superfluitate sua, aut impatientia sibi seruientem contristet.Studeat autem Deo gratias agere, ne infirmitas, quæ data est ei,ad purgationem animæ, uertatur in augmentum culpæ. Sequitur. Siue autem &c.

La cura de gli infermi,o uero di quelli, che ricreare si debbono, doppo la infermita,o di quelli, che per qualche debolezza, etiandio senza febre,fussero faticati, e lassi,dee essere imposta ad un qualche fratello: acciò che esso addomandi dal cellario quello,che discretamente uederà a ciascuno esser dibisogno.

Debbessi eleggere un fratello timoroso di Dio,ilquale habbia grandissima cura de gli amalati; & che con ogni studio cerchi di ministrarli tutto quello,che farà loro bisogno:seruendoli con quell'affetto, ch'egli seruirebbe esso nostro Signor Giesu Christo. Perciochè esso dirà nel Giudicio.Io fui infermo,& uoi mi uisitaste. Et ancora dirà. Ciochè uoi faceste ad uno de' miei minimi,a me lo faceste. Ben debbono adunque quelli,che sono piu forti,portare la debolezza de gli infermi: perche in questo modo s'adempie la carità di Dio,si come testifica l'Aposto lo,dicendo.Portate i pesi l'uno dell'altro: e cosi facendo adempierete la legge di Christo.Perche la legge di Christo è la dilettione, l'ufficio della dilettione è,che noi portiamo insieme i pesi,& le fatiche nostre. La diuersità de' tempi,& le diuerse infermità fanno, che noi portiamo insieme i nostri carichi. Niuna cosa è, che tanto proui l'amico, quanto il portare il carico,& il peso dell'amico.Cosi ancora esso infermo dee pensare,

fare, che per amor di Dio gli è seruito: & con ogni suo potere guardarsi, che con la sua superfluità, ouero impatientia non dia materia a chi lo serue, di contristarsi. Ma studisi, & sia sollecito al renderne gratie a Dio: acciochè la infermità, laquale gli è data per purgatione dell'anima sua, non si conuerta in accrescimento di maggior colpa. Segue.

Siue autem, qui cellario, siue qui uestibus, siue qui codicibus præponuntur, sine murmure seruiant fratribus suis.

TALES se exhibeant, & ea charitate fratribus suis deseruiant, ne ipsi de ministerio sibi commisso peccent in murmure, nec alios per suam negligentiam faciant murmurare. Graue peccatum est murmuratio. Gregorius. Regnum cœlorum nullus, qui murmurat, accipit: nullus, qui accipit, murmurare potest. Salomon. Precordia fatui sicut rotta carri fœnum portat, & murmurat. Tales sunt multi fratres in congregatione, qui carni subditi, nunquam cessant murmurare. Apostolus. Neque murmuraueritis, sicut quidam murmurauerunt, & a serpentibus perierũt. Quare a serpentibus? Nisi quia serpens uenenosus est; & omnis qui murmurat uenenum diaboli habet in lingua Iacobus Lingua inquietum malum, plena ueneno mortifero. Cauendum est ergo nobis a murmure; ne mortifero, & diabolico ueneno pereamus. Sequitur. Codices certa hora, &c. *Eccl. 33.* *1. Co. 10* *Iaco. 3.*

Coloro, a quali è commesso la guardia, & cura del cellaio, o de i uestimenti, ouero de i libri senza mormoratione seruano a i fratelli loro.

TALI si deono rendere, & con tale carità seruire a i loro fratelli, che ne essi per l'ufficio a se commesso brontolando pecchino; ne gli altri per la negligenza loro facciano mormorare. Graue peccato è la mormoratione. Onde dice san Gregorio. Niuno che mormori può riceuere il regno del cielo; & chiunque lo riceue non può mormorare. & Salomone. I pensieri dello sciocco sono come la rota del caro, laqual porta il feno, & mormora. Tali, & così fatti neggiamo essere molti fratelli nella congregatione: i quali per esser soggetti alle passioni della carne, non cessano mai di borbottare. Per tanto odano quello, che dice l'Apostolo. Non mormorate, si come alcuni mormorarono; & perirono da serpenti.

penti. Hor perche da serpenti? se non perche il serpente è animale uelenoso: & ognuno che brontola, si può dire che habbia il ueleno del diauolo nella lingua. Dice l'apostolo Giacomo. La lingua è un male inquieto, piena di mortifero ueleno Dobbiamoci adunque guardare dalla mormoratione, accioche non periamo di mortifero, e diabolico ueleno. Segue.

Codices certa hora singulis diebus petantur: extra horā qui petierit, nō accipiat.

SVperius præcepit orationibus instare horis, & temporibus constitutis. Tempora ergo distinguenda sunt, quibus debemus orare, & quibus debemus legere. De opere quoque, & alibi admonuit; ut nullus sibi operetur aliquid, sed omnia opera uestra in communi fiant. Hæc tria commendat nobis regula, quæ animę nostrę ualde sunt necessaria: scilicet orationem, lectionem, & operationem. Nam oratione mundamur, lectione instruimur, operatione beatificamur: sicut spiritus sanctus in psalmo ait. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Quod autem præcipit, ut codices singulis diebus petantur, frequentia legendi comendatur: frequenter debet legere seruus Dei. Valde enim est utilis diuina lectio. Nam per lectionem discimus qd cauere, et quid agere debeamus. Hinc Psalmista ait. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis. Per lectionem sensus, & intellectus augetur. Lectio ad orationem nos instruit, & ad operationem. Ad contemplatiuam uitam nos informat, & actiuam. Ideo merito Beatus uir (scribitur) qui in lege Domini meditatur die, ac nocte. Hæc sunt arma, uidelicet, lectio, & oratio, quibus diabolus expugnatur. Hæc sunt instrumenta, quibus beatitudo eterna acquiritur. His armis uitia opprimuntur, his alimentis uirtutes nutriuntur: sed & si quando à lectione cessatur, debet manuum operatio subsequi. Quia otiositas inimica est animæ. Et antiquus hostis, quem a lectione, siue ab oratione vacantem inuenerit, facile ad uitia rapit. Per vsum namque lectionis discetis qualibet uos uiuatis, & alios doceatis. Per usum orationis, & uobis, & his, quibus in charitate coniuncti estis, prodesse ualebitis. Per manuum operationem, & corporis maceratione m, & uitiis alimenta negabitis, & uestris necessitatibus subuenietis; & habebitis unde necessitatem patientibus porrigatis. Sequitur. Vestimenta uerò, &c.

Psal. 127. Psal. 118. Psal. 1.

I libri ad una certa, & determinata hora ogni

ra ogni dì ſiano addomandati: ma a chi fuori di hora li domanderà, nō ſiano dati.

DI ſopra commandò di douer' eſſere ſolleciti alle orationi nell'hore, & tempi ordinati. I tempi adunque ſi uogliono diſtinguere, & ordinare, ne' quali dobbiamo orare, & ne' quali dobbiamo leggere. Del lauorare, ancora altroue ci hà ammoniti, che niuno debbia lauorare alcuna coſa per ſe: ma tutte le opere uoſtre, diſſe, ſiano fatte in commune. Queſte tre coſe la regola ci commenda, lequali ſono molto neceſſarie alla ſalute delle anime noſtre: Cioè, oratione, lettione, & operatione. Per la oratione ſiamo mondati: per la lettione ammaeſtrati: per la operatione beatificati: ſi come dice lo ſpirito Santo nel ſalmo. Perche mangierai le fatiche delle tue mani, beato ſei & hauerai bene. Ma in ciò che commãda, che i libri ogni dì ſi debbano dimandare; uienci commendata la frequentia del leggere. Il ſeruo di Dio dee leggere ſpeſſo. Imperciochè la diuina lettione è grandemente utile. Conciosia coſa, che per la lettione noi appariamo quello, che ſchifare, e quello, che fare dobbiamo. Onde ben dice il Salmiſta. Lucerna a i piè di miei, Signore, è la tua parola, e lume a i miei ſentieri. Per la lettione s'accreſce in noi il ſenno, & l'intelletto. La lettione ci ammaeſtra alla oratione, & alla operatione. Informaci alla uita contemplatiua, & attiua. Però meritamente è ſcritto. Colui eſſere beato, ilquale dì, & notte penſa nella legge del Signore. Queſte ſono le arme. Cioè, la lettione, & l'oratione, con le quali il diauolo ſi uince combattendo. Queſti ſono gli ſtrumenti, con liquali s'acquiſta l'eterna beatitudine. Con queſte arme s'opprimono i uitij. Con queſti alimenti ſi nutricano le uirtù. Ma pur s'alcuna uolta ſi ceſſa dalla oratione, o dalla lettione; dee incontanente ſeguitare la operatione delle mani. Perciò che la otioſità è nemica dell'anima: e l'antico nemico ageuolmente rapiſce, & tira a i uitij colui, ilquale ritroua non uacare alla lettione, ouero all'oratione. Perche, per l'uſo della lettione apprenderete in che maniera uoi dobbiate uincere, & in che modo inſegnare a gli altri. Per l'uſo della oratione, trouerete in che guiſa posſiate giouare a uoi, & a quelli, alli quali ſiete congiunti in carità. Per la operatione delle mani, & col macerar la carne, uieterete gli alimenti a i uitij, & ſouenirete alle uoſtre neceſſità, & hauerete onde poſſiate porgere a quelli che hanno biſogno. Segue.

Veſtimenta uerò, & calciamenta quando fuerint indigentibus neceſſaria, dare

Questo è quello, che fù detto di sopra, che senza mormoratione douessero seruire a i fratelli loro. Percioche, quando indugiano, & tardano a dar le cose necessarie fanno mormorare i fratelli: & sono occasion di peccato. Debbano adunque i fratelli studiarsi di seruire solecitamente a loro fratelli per l'amor d'Iddio; & ministrar le cose necessarie ne' tempi, & hore conueneuoli. Et questo debbano fare senza mormoratione, senza tristitia, senza dilatione; ma con gioia, & allegrezza. Percioche Iddio ama il donatore allegro. Accioche tutti habbiano quello, che è loro bisogno, secondo il modo della Congregatione, & secondo la possibiltà del luogo: & quelli, che seruono, quinci riceuano maggior mercede dal signore. Ne i uestimenti, & calzari de' chierici deesi tener modo conueneuole, che non siano oltre modo preciosi, & ornati; ne troppo abietti, & uili; ne che habbiano uaghezza piu dell'honesto, ne difformità piu dibisogno. Tali siano dunque, che insiememente commendino, e la religione, e l'honestà. Guardansi adunque i fratelli, a i quali uengono date le cose necessarie, che non addimandino alcuna cosa importunamente, ne di souerchio: atteso che tutto ciò che hauessero d'auanzo, sarebbe a loro cosa mortifera. Considerino, che quelle cose, che spendono, & usano, sono offerte fatte da fedeli, per redentione de' peccati loro. Et per tanto non debbono gloriarsi di usare si fatte spese; anzi maggiormente temano ciò, che nel uecchio testamento fù detto de' Sacerdoti: Che essi debbano portare la iniquità del Popolo. E perciò con gran timore sempre siano solleciti per la salute di coloro, da' quali riceuano limosine, & doni. Perciò che grande è il pericolo. Onde è molto piu sicuro, & saluteuole a' poueri di Christo, si come detto è di sopra, di sempre bisognare piu tosto un poco, che troppo hauere. Percioche come potremo noi essere poueri, se patientemente non sofferiamo il disagio per amor di Dio? Quanto piu adunque ci ricordiamo d'hauer commesso cose illecite; tanto piu conuienci astenere dalle lecite: perche dobbiamo sforzarci d'intrare per la porta stretta; acciò che possiamo peruenire alla larghezza delle celesti allegrezze. Conciosia cosa che quāto piu stretta uita meniamo in questo mondo, per amor del Signore, tanto maggiore, & piu ampia la possederemo in cielo. Segue.

Lites autem nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatis, ne ira crescat in odium: & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam. Sic enim le-

gitis: Qui odit fratrem suum, homicida est.

1. Ioan. 3 SIC paulatim crescunt uitia. Sæpe cum ab otioso uerbo linguam restringere nolumus, ad noxia dilabimur. Inde aliquãdo ad murmura, & detractiones decidimus: plerunque etiam usque ad lites, & contentiones, inde ad iram, & odium. Et iuxta Salomonis uocem Dum negligimus corrigere minima, dilabimur ad maiora. Dum ergo uitium ex uitio oritur, iniquitas prolongatur. Hinc Propheta ait. Væ, qui trahitis iniquitatem in funiculis uanitatis. Et psalmus. Prolongauerunt iniquitatem suam: Dominus iustus concidet ceruices eorum. Primo ergo omnino cauendum peccatum est. Melius est enim cauere, quam emendare. Quòd si per fragilitatem peccare contingerit, sed facile culpa corrigitur, quæ cito cognoscitur. Hinc est quòd Dominus de muliere ad serpentem dicit. Ipsa conteret caput tuum. Caput serpentis cõteritur, quando peccatum ibi corrigitur, ubi nascitur. Debet ergo quisque sollicitus esse, ut mox ibi studeat se emendare, ubi se nouerit deliquisse. Quantum interest inter festucam, & trabem; tantum distat inter iram, & odium. Odium est enim ira inueterata; quasi, quę uetustate ipsa tantum acceperit, ut merito appelletur trabes. Fieri enim potest, ut si irasceris hõi, uelis etiam corrigi. Si autem oderis, non potes eum uelle corrigere. Per iram mentis oculus turbatur, per odium etiam extinguitur. Vnde Apostolus. Qui odit fratrem suum, in tenebris est. Nulli irascenti ira sua uidetur, iniusta: unde ab omni indignatione cito redeundum est ad mansuetudinis lenitatem. Nam pertinax motus facile in eius odium transit, cui non celeriter ignoscitur. Vnde & subditur. Quicunque conuitio, &c.

Eccl. 19. Isa. 5. Ps. 128. Gen. 3. 1. Ioã. 2

Non habbiate poi litigi alcuni: o se pur n'hauete, prestissimamente ponetegli fine; acciò che l'ira crescendo non si conuerta in odio: & d'un festuco faccia una traue: & l'anima faccia micidiale. Percioche cosi leggete. Chi odia il suo fratello, è homicida.

COSI crescono i uitij a poco a poco. Spesse uolte auiene, che nõ uolendo noi ristrignere, & raffrenar la lingua dalle parole otiose, & uane; trascorriamo nelle noceuoli, & dannose, & indi alcuna uolta caggiamo nelle mormorationi, & detrattioni, e le piu uolte ancora perueniamo insino alle liti, e tentioni, & indi all'ira, & odio. Et cosi, secondo il detto di Salomone, mẽtre che noi siamo negligenti al correggere i uitij minimi, trascorriamo ne i maggiori. Allhor'adunque si prelunga la iniquità, quando l'un uitio nasce dall'altro. Per tãto dice il Propheta. Guai a uoi, che trahete la iniquità con le funi, della uanità. Et il salmo. Prolungarono la iniquità loro, & Signor giusto gli taglierà, e sprezzerà il collo. Primieramente adunque il peccato dee al tutto essere fuggito, e schifato. Perche meglio è schifarlo, che poscia ch'egli è commesso, emendarlo. E se pur'auerrà, che per fragilità pecchiamo, ageuolmente si corregge quella colpa, la qual tosto uiene conosciuta. Di qui è, che'l Signore disse della Donna al serpente. Essa ti schiaccierà la testa. Allhora si schiaccia il capo del serpente, quando il peccato iui si corregge, doue nasce. Dee adunque ciascuno essere sollecito, che tantosto procuri di emendar quel fallo, nel quale s'accorgerà d'hauer peccato. Quanto differente è il festuco dalla traue; tanto è differente l'ira dall'odio. Conciosia che odio altro nõ sia che ira inuecchiata: come quella, che per tal uecchiezza tanto sia cresciuta, che meritamente sia chiamata traue. Perche è cosa possibile, se ben t'adiri con alcuno che uogli però, che si corregga, & ammendi il fallo: ma se tu l'hauerai in odio, nõ potrai uolere, che si corregga. Per l'ira l'occhio della mente si conturba; ma per l'odio si strugge, & acceca affatto. Onde dice l'apostolo. Colui, che odia il suo fratello, è in tenebre. A niuno che s'adiri, l'ira sua li pare ingiusta. Et però da ogni sdegno tantosto si uuol ritornare alla piaceuolezza della mansuetudine. Imperoche l'ostinato mouimento dell'ira facilmente passa in odio contra colui, al quale non si perdona prestamente, per la qual cosa bene soggiunge.

Quicunque cõuitio, vel maledictio, vel etiam criminis obiectu aliquem lęserit, meminerit satisfactione, quam totius curare, quod fecit: & ille qui læsus est, sine disceptatione dimittere.

GRauiter offendit, qui conuitio, uel maledictio aliquem lędit. Apostolus ait. Maledici regnum Dei non possidebunt. Et Dominus in euangelio. Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehẽ

a chi non è apparecchiato, e diſpoſto a perdonare l'altrui offeſa. Anzi tã to piu per queſto ſi fà grande la colpa, quanto piu tardi ſi rimettono, & perdonano i peccati del fratello. Queſto ſappiamo noi per teſtimonianza della uerità. Che quel ſeruo, ilquale era debitore di diecemila talenti, pentitoſi del ſuo fallo, riceuette dal Signore l'aſſolutione, e remiſſione di tutto il debito. Ma perche egli non rimiſe poi al ſuo conſeruo il debito de i cento danari, che gli douea dare; fù coſtretto a pagar' etiandio quel debito, che già gli era ſtato rimeßo. Per lequali coſe aſſai è manifeſto, che ſe noi di cuore non perdoniamo le offeſe, che ci ſono fatte ſarà da capo richieſto, e riſcoßo da noi tutto ciò, che per lo noſtro pentimento, ci rallegrauamo ne foſſe ſtato rimeſſo, & perdonato. Segue.

Si autem inuicem ſe læſerint, inuicem ſibi debita relaxare debebunt, propter orationes ueſtras: quas utique quanto crebriores habetis, tanto ſanctiores habere debetis.

QVotidie in oratione dicimus Deo. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quod ſi debitoribus noſtris, id eſt, eis qui in nos peccant, non dimittimus ipſam noſtrã culpamus orationẽ, & Deũ aduerſum nos ad iracundiã prouocamus, & ipſi ſuper nos inducimus maledictionẽ potius q̃ benedictionẽ Sicq; fit, ut oratio, quę debebat nobis eſſe ſalubris, fiat noxia, & peccata noſtra, quæ debuimus minuere orãdo augeamus. De cotidianis aũt, leuibuſq; peccatis ſine quibus hæc uita nõ ducitur, quotidiana oratio fidelium ſatisfaciat. Eorum enim eſt dicere. Pater noſter, qui es in cęlis. Quia iam tali patri regenerati ſunt ex aqua, & Spiritu ſancto. Delet hæc oratio cotidiana minimaque peccata. Delet, & illa a quibus uita fidelium, etiam ſcelerate geſta, ſed penitendo in melius mutata diſcedit. Sed quemadmodum ueraciter dicitur. Dimitte nobis debita noſtra, quoniam non deſunt, quæ nobis dimittantur; ita ueraciter dicatur. Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, id eſt. Fiat quod dicitur. Quia & ipſa eleemoſyna eſt uenia petenti homini, qui ignoſcit. Multa quidem ſunt genera eleemoſynarum, quæ cum facimus adiuuamur, ut dimittantur nobis peccata noſtra. Sed ea nihil eſt maius, quam quod ex corde dimittamus, quod in nos quis peccauit. Minus ergo malum eſt, erga eum eſſe beniuolum, ſiue beneficiũ, qui

Matt. 6.

Matt. 6.

tibi

tibi nil mali fecit. Illud multo grandius, & magnificentissimæ bonitatis est, ut tuum quoque inimicum diligas, & qui tibi malum uult, semper ei bonum velis. Facias quoque, quod possis audire di-
Matt. 5. centem IESVM. Diligite inimicos vestros, benefacite ijs, qui uos oderunt, & orate pro eis, qui vos persequuntur. Sed quoniam perfectorum sunt ista filiorum Dei, quo quidem se debet omnis fidelis extendere, & humanum animum ad hunc affectum orando Deum, secumque agendo, luctandoque perducere: tamen quia hoc tam magnum bonum, tantæ multitudinis non est, quantum nos credimus exaudiri, cum in oratione dicimus. Dimitte nobis debita nostra, sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris. Proculdubio expositio huius uerbi impletur, si homo qui nondum ita profecit, ut etiam diligat inimicum; tamen, quando rogatur ab homine, qui peccauit in eum, ut ei dimittat, ex corde dimittit: qui etiam sibi roganti, utique vult dimitti, cum orat, & dicit. Sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris. Id est. Sic dimitte debita nostra rogantibus nobis; sicut & nos dimittimus rogantibus debitoribus nostris. Iam uero, qui eum, in quem peccauerit, hominem ro-
Matth. 5 gat; si peccato suo mouetur, ut roget, non est adeo deputandus inimicus; ut eum diligere sit difficile; sicut difficile erat, quando inimicitias exercebat. Quisquis autem, & roganti, & peccati sui penitenti, ex corde non dimittit; nullo modo existimet a Domino sibi peccata dimitti: quoniam mentiri ueritas non potest, quæ ait. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet, & uobis Pater uester cęlestis peccata uestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Sequitur. Melior est autem, &c.

Ma se insieme si hauerãno ingiuriati l'uno l'altro, doueranno anco insieme perdonarsi le offese l'uno a l'altro, hauẽdo in ciò riguardo alle orationi uostre: lequali certamente quanto piu spesso fate, tanto piu santamente ancor douete farle.

Ogni dì noi diciamo a Dio nella oratione. Perdona a noi i debiti nostri si come ancora noi perdoniamo a' nostri debitori. Tal che se non rimettiamo a' nostri debitori, cioè, a quelli che ci offendono, le offese: apertamente noi incolpiamo, & accusiamo l'istessa nostra oratione;

& esso

& esso Iddio prouochiamo ad ira contra di noi, e noi stessi adduciamo maledittione sopra di noi, piu tosto che benedittione. E cosi auiene, che quella oratione, laquale ci douea esser saluteuole, ci sia nocevole, & dannosa. Et i peccati nostri, i quali deueuano minuire, orando accresciamo: ma quanto poi a i cotidiani, & leggieri peccati, senza iquali non si può passare questa nostra uita, per quelli sodisfa la cotidiana oratione de' fideli. Questi tali sono quei, iquali possono dire. Padre nostro, che in cielo sei, perciochè a questo tal Padre già sono rigenerati di acqua, & di Spirito santo. Questa oratione cancella i minimi, & cotidiani peccati. Cancella ancor quelli, da' quali si parte la uita de' fideli, etiamdio sceleratamente tenuta, ma poi per pentimento mutata in meglio. Ma si come da noi ueracemente uien detto. Perdonaci i debiti nostri, atteso che non ci mancano debiti da esserci rimessi, e perdonati, cosi conuiene ueracemente si dica. Si come ancora noi perdoniamo a i nostri debitori: cioè. Sia fatto quello, che si dice, e prega da noi. Perche questa limosina di perdonare le ingiurie riceuute, diuiene rimessione a colui, che perdona, ogni hor, che la richiede. Molto sono le maniere di limosine, lequali facendo, siamo per esse aiutati ad hauere la remissione de' nostri peccati; Ma niuna altra è maggior di quella, per la quale noi perdoniamo di cuore quello, in che alcuno ci ha uesse offesi. Non possiamo dunque dire, che sia gran fatto, ne gran uirtù l'esser beniuolo, ouer benefico uerso colui, che a te non hà fatto mal'alcuno. Ma quello è assai piu grande, e di piu magnifica bontà, che tù ami ancora l'inimico tuo, & a chi ti uuol male, uogli sempre bene, e facci ancor sì, che possi udire il Signore Giesu, che dice. Amate i nemici uostri, fate ben'a quelli, che u'hanno in odio, pregate per li persecutori uostri. Ma perche questa perfettione è solamente de' perfetti figliuoli di Dio, alla quale ogni fidele si dee fermamente stendere, e l'animo dell huomo cōdurre, e tirare a questo affetto, pregando Iddio, & a se stesso contrastando, e combattendo. Et perche questo così gran bene non è di tanta moltitudine, quanto noi crediamo esser'esaudita in questa oratione, quando dice. Perdonaci i debiti nostri, si come ancor noi perdoniamo a i nostri debitori: senza dubbio l'espositione di questa parola s'adempie se l'huomo, che ancora non è giunto a tanta uirtù, e perfettione, che egli ami etiandio il nimico: nondimeno, quando egli è pregato da colui, che l'hà offeso, che li perdoni: liberamente, & di cuore li perdona. Il quale certamente uuole, & disidera, che dimandando anch'egli perdonanza, gli sia perdonato, & questo quando ora, & dice. Si come ancor noi perdoniamo a' nostri debitori, cioè Cosi perdona i debiti nostri a noi, che di ciò ti preghiamo, si come ancor noi perdoniamo a' nostri debitori, che di ciò ne pregano. Hor quello, il quale prega colui, ch'egli hà offeso, che li perdoni, se per conside-

ratione del suo fallo è mosso a pregarlo, gia non è da essere riputato per tanto nimico, che malageuole cosa sia il douerlo amare: si come era malageuole, quando essercitaua le nimicitie, e sdegni. Ma ciascuno poi, ilquale non perdona di cuore, a chi pentito del suo peccato, li dimanda perdonanza, non pensi per alcun modo, che a lui siano perdonati dal Signore i peccati suoi: percioche la uerità non può mentire, la quale dice. Se uoi perdonarete a gli homini i peccati loro, il padre uostro celeste perdonerà ancor'a uoi i uostri peccati: ma se uoi non perdonerete ad altri, ne il padre uostro perdonera a uoi. Segue.

7 Melior est autem, qui quanquis ira sæpe tentetur, tamen impetrare festinat, ut sibi dimittat, cui se fecisse agnoscit iniuriam; quam qui tardius irascitur, & ad ueniam petendam tardius inclinatur.

NON nullos ira citius accendit, & facilius deserit; non nullos uero tarde quidem commouet, sed durius tenet. Alii autẽ, quod est nequius, & citius iracundiæ flammas accipiunt, & tardius deponunt. Non nulli uero has, & tarde suscipiunt, & citius dimittunt. In quibus nimirum quatuor modis liquido lector agnoscit, quia ad tranquillitatis bonum ultimus plusquam primus appropinquat, & in malo secundum tertius superat. Quanta ergo sit iracũdiæ culpa pensemus, per quam dum mansuetudo amittitur, similitudo supernæ imaginis uiolatur. Per iram itaque sapientia perditur, ut, quid, quo ue agendum sit ordine omnino nesciatur. Per iram iustitia relinquitur, sicut scriptum est. Ira uiri iustitiam Dei non operatur. Per iram gratia uitæ socialis amittitur, sicut scriptũ est. Noli esse assiduus cum homine iracundo, ne discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. Nam, qui se ex humana ratione non temperat, necesse est, ut bestialiter, & solus uiuat. Aliquando autem ira manus non exerit, sed in maledictionis iacula linguã uertit. Non nunquam uero dum accensus animus a consueta locutione restringitur, per accessum tẽporis penitus a dilectione proximi separatur; & acriores stimuli ad mentem ueniunt; causæque, quæ grauius exasperent, oriuntur: atque in irati oculum festuca in trabem uertitur: dum ira in odium permutatur. Veremur sæpe a proximis despici, dedignamur iniurias uerbi tolerare. Si cõtingat iurgium fortasse cum proximo, erubescimus priores satisfacere.

Cor

Cor quippe carnale, dum huius uitæ gloriam quærit, humilitatem respuit, & plerunque ipse homo, qui irascitur, discordanti sibi reconciliari appetit, sed ire ad satisfaciendum prior erubescit, pensemus facta capitis nostri. Ecce inter nos, & Deum peccando discordiam fecimus, & tamen ad nos Deus suos legatos prior misit, ut nos ipsi, qui peccauimus, ad pacem Dei rogati ueniamus. Erubescat ergo humana superbia, confundatur quisque, si non satisfacit prior proximo, quando post culpam nostram, ut ei reconciliari debeamus, & ipse, qui offensus est legatis interuenientibus, obsecrat Deus. Sequitur. Qui autem nunquam &c.

Ma miglior'è colui, il quale ben che spesse uolte sia tentato d'ira, nõ dimeno s'affretta d'impetrare gratia di perdono da colui, alquale si conosce hauer fatto ingiuria, che non è colui, ilquale piu tardo s'adira, & anco piu tardo s'inchina a dimandar perdono.

Sono alquanti, che l'ira molto prestamente accende, & assai leggiermente lascia: & alcuni, i quali tardi commoue, ma piu duramente tiene. Sono poi alcuni altri, il che è molto peggio, iquali piu tosto riceuono le fiamme dell'ira, & piu tardi le pongono giu. Et alcuni altri, che tardi le appigliano, & prestamente le lasciano. In questi quattro modi d'adirarsi, certo ben può il lettore chiaramente conoscere, che l'ultimo piu s'appressa al bene della tranquillità, che'l primo, & il terzo auanza il secondo nel male. Hor pensiamo adunque quanta, & come graue sia la colpa dell'ira, per la quale perdẽdosi la uirtù della mansuetudine, si guasta la sembianza della superna imagine. Si che per l'ira si perde la sapiẽza, di modo, che in guisa alcuna non si sà, ne quello che far si debbia, ne con qual ordine far si cõuẽga. Per l'ira s'abbãdona la giustitia, si come è scritto. L'ira dell'huomo nõ adopera la giustitia di Dio. Per l'ira si perde la gratia della uita sociale del cõuersare insieme, si come è scritto. Guardati di nõ cõuersare spesso cõ huomo iracõdo, acciòche tu non impari le uie sue, & pigli scandalo all'anima tua. Certamente colui, che non si sa tẽperare con la ragione humana, necessaria cosa è, che bestialmente, e solitario uiua. Alcuna uolta poi l'ira non essercita, ne adopera le mani, ma bẽ

trammuta & cãbia la lingua in saette di maleditione. Et tal hor auiene, che mentre l'animo d'ira acceso si ristrigne dall'usato parlare, in processo di tempo al tutto si diparte dall'amor del prossimo, & cosi uengono alla mente piu pungenti stimoli di passione, & nascono noue cagioni, le quali di continuo piu grauemente l'inasprischano, & accendano. E cosi nel l'occhio dell'adirato il festuco si cambia in traue, quando, l'ira si trammuta in odio. Spesse uolte noi temiamo d'essere dispregiati dal prossimo, & isdegniamoci di sofferire alcuna parola ingiuriosa. Se forse ci auiene alcuna contêtione, e rissa col prossimo, ci uergogniamo d'essere primi, che andiamo a satis fare con l'humiliarci a dimandar perdono. Percioche il cuore carnale mentre ua procacciando la gloria di questa uita, disprezza, & isdegna l'humiltà. E le piu uolte auiene, che quell'istesso, che s'adira, ben desidera di riconciliarsi con colui, col quale ha hauuto discordia; ma pur si uergogna, & arrossisce d'esser il primo che uada a satisfare. Ma contra tal superbia uoglio che pensiamo i fatti del nostro capo. Ecco tra noi, e Dio, peccando habbiamo fatto discordia, & nondimeno Iddio è stato primo a mandare a noi i suoi Ambasciadori: accioche noi, i quali habbiam fallito, e fatta l'offesa, a suoi prieghi ci piaccia di uenire a pace con lui. Vergognisi adunque la superbia humana: confundasi ciascuno, s'egli non è primo a satisfare al prossimo suo: poscia che dopò la colpa nostra, esso Iddio, che è offeso da noi, col mezzo de i suoi ambasciadori ci prega, che ci uogliamo riconciliare con esso lui. Segue.

Qui autem nunquam uult petere ueniam, aut non ex animo petit, sine causa est in monasterio, etiam si inde non proiciatur.

CVM Dominus tantum curæ reconciliationis nostræ habeat, *Matt. 5.* ut patiatur munera sua relinqui, & ante altare imperfecta remanere, atque interrumpi ministeria sua, donec tu eas, & resoluas iracundiam, & extinguas inimicitias cum fratre tuo non hoc ipsum erubescimus, sed dies multos patimur manere inimicitias, & trahimus, sicut funem longam, discordiam. Non enim tantum iracundos, & malitiæ memores punit Deus, sed & eos, qui irascẽtes, aut offensos fratres negligunt, & contemnunt. Quoniam quidem ij, qui passi uidentur iniuriam necessario dolent, & irascuntur, qui uero fecerit, nec doloris aliquid, nec iracundię gerit. Ob hoc ergo, hunc, qui ab iracundia liber est, adducit ad illum, qui in dolore est, & liber non est, ostendens, quia criminis huius noxa penes hunc

hanc magis est, qui causas peccati dedit. Sed nec sic quidem emendamur; persistimus enim pro rebus minimis tristare fratres, & quasi nil male fecerimus de satisfactione negligimus, & obliuioni tradimus culpam, atque in tempus longum patimur: ignorantes, quod tanto largior erit nobis pœna, quanto longior fuerit discordia. Vbi enim amicitia permanet, nihil facile creditur, nihil facile recipitur, quod dissidiũ possit operari. Si uero inimicitiæ semel occupauerint animum, omnia quæ fiunt, quæ dicuntur, quæ audiuntur ita accipiuntur, & ita intelliguntur, ut ad maiores, & longiores proficiant inimicitias. Si quid autem mali auditur, hoc solum creditur, & confirmatur. Iubet ergo Dominus relinqui donum ante altare, & prius reconciliari fratri, vt ex hoc discamus, quia si non illo tempore, quo ad ministerium Dei uidemur accedere, reconciliationem dissimulari, ac differri patitur Deus; quanto magis curari hoc in aliis temporibus iubet? Si forte accidat irasci, mandatur, ut ipsa die uel iracundiam nostram, uel inimicitias finiamus. In hoc enim constringimur præcepto illo, quo ait. Sol non occidat super iracundiam uestram: nos econtra, nec hoc contenti sumus, ut iracundiam ultra solis terminum producamus; sed insidias inuicẽ construimus; siue uerbis, siue factis supplantare cupientes proximos, inuicem mordentes inuicem comedentes, quod utique aperta insania est. Quid enim aliud faciunt insani, & dæmone repleti? nisi quod membra sua morsibus laniant? Frustra ergo est in monasterio, qui discordiam habet cum fratre: quia nec Deum placat sacrificiis, nec proficere ualet operibus suis. Sequitur proinde nobis, &c. *Ephe. 4.*

Ma colui, che non uuole dimãdare perdono giamai, & se pur lo dimanda, non l'addomanda di buon cuore, indarno, & senza cagione sta nel monasterio, etiandio che di quindi non sia scacciato.

Onciosia cosa che'l Signore habbia tanta cura della nostra riconciliatione col prossimo, ch'egli sopporti, che i suoi doni si lascino, & rimanghino imperfetti dinanzi all'altare, & che i suoi sacrificij siano interrotti, e tralasciati per insino a tanto, che tu uadi, e rallenti l'ira, & spegni le nimicitie con tuo fratello. Con tutto questo noi non ci uergogniamo, ma sofferiamo, che per molti dì durino le nostre nimistà; è tiriamo a

APTE post lectionem subditur oratio. Sic est legere, e prædicare, quomodo agrum seminare: Sic est orare, quomodo semen operire. Sicut, qui seminat in agro, si hoc arando dissimulauerit operire, ueniunt uolucres, & totum quod seminatum esse videbatur, diripiunt: Ita, qui in agro cordis seminat uerba Dei, qdquid psallendo, legendo aut predicando asperserit, nisi postea orādo in corde recluserit, & quodammodo sepelierit; ueniunt uolucres, id est, cogitationes sæculi uolaticæ, inanes, & uacuę, & rapiūt, quod in corde fuerat seminatum. Ideo post lectionem, & prædicationem semper orandum est: ut semē Dei maneat in corde, & fructus spiritualis, crescat in operatione. Benè autem ait. Tanquam spiritualis pulchritudinis amatores. Nō enim possunt impleri hęc omnia regularia præcepta, nisi per amorem iustitiæ, quæ est spiritualis pulchritudo animę. Nemo enim inuitus bene agit, etiam si bonum est, quod agit. Quod uero subdit. Et bono Christi odore, de bona conuersatione fragantes. Pertinet ad bonā uitam, & bonam famam. Vnde Apostolus. Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. Serui sub lege sunt, qui timore Domino seruiunt. Liberi sub gratia, qui ex amore implent diuina mandata. Gratia Dei diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, implet legem. Iusto non est lex posita. Vbi est spiritus Domini, ibi libertas. Sic autem uiam mandatorum Dei curramus, ut dilatatum cor nostrum in charitate Dei habeamus. Sequitur. Vt autem uos, &c.

[Margin: Matt. 13; 1. Cor. 2; Rom. 5.; 1. Ti. 1]

Iddio ui presti gratia di osseruár tutte queste cose, come amatori della spirituale bellezza: e rendenti buon odore di Christo dalla uostra buona conuersatione; non

quales sumus, siue pulchri, siue fœdi, siue iusti, siue iniusti. Vtrunque quisque nostrum regulariter uiuat: utrum perficiat, an deficiat: utrum Deo placeat, an displiceat. Scriptura quippe sacra, nostram nobis interiorem representat imaginem. Ostendit quod formosum, quid deforme sit in anima: æqualiter pulchritudo iustitiæ debeat obseruari: qualiter debeat uirtutum decor componi: quomodo uitiorum maculas oportet abstergi: prauorum usus est, mala semper agere: qui egerint nunquam retractare: quòd qd faciunt cœca mente pertranseunt. At contra sancti uiri in scripturi sacris quotidie se ipsos non cessant respicere; uitam suam, moresque suos uigilanter pensare. Et si aliquid deforme, uel in compositum uiderint, uel in ordinatum inuenerunt, mox, secundum quod scriptum uident, reformare, & componere se student, quatenus sancti, & immaculati coram domino Deo, tam in corpore inueniantur, quam in anima. Ideo Psalmista dicit. Tunc nõ confundar cum prospexero in omnibus mandatis tuis. Et Apostolus admonet dicens. Renouamini spiritu mentis ueſtræ. Et iterum. Noster homo interior renouatur de die in diem. Vnde aptè subiungitur. Et ubi uos, &c. Ps. 118. Ephe. 4. 2. Cor. 4

Ma accioche in questo libricciuolo, come in uno specchio, posiate rimirarui: a fine che per dimenticanza niuna cosa sia negletta, & trascurata, siaui letto una uolta alla settimana.

A Questo fine è commandato, che spesse uolte sia letto questo libro, acciochè nella memoria sia ritenuto. Posciache il beato Giacomo dice. Colui che riguarderà nella legge della perfetta libertà & permanerà in essa, non dimentichevole auditore, ma fattore dell'opera, costui sarà beato nel fatto suo. Et ben chiamò specchio questo libretto, perche in esso, si come in uno specchio noi ci specchiamo, & riguardiamo, quelli, & quali siamo, o belli, o brutti, o giusti, o ingiusti. E se ciascuno regolatamente uiue, o nò; se fà profitto, o s'egli manca; se piace a Dio, o se li dispiace. La sacra scrittura ueramente ci rappresenta la nostra imagine interiore: dimostraci che cosa sia di bello, & che di sozzo nell'anima nostra; & in qual modo la beltà della giustitia conseruar si debba: come l'ornamento delle uirtù s'habbia à comporre; come le macchie de' uitij si conuenga nettare. Vsanza è de' maluagi, & scelerati huomini di

far sempre male, & di mai non ritrattare quello che hanno fatto: Tutto ciò che fanno trappassano uia con la mente cieca. Ma all'incontro gli huomini santi non cessano di specchiare, & considerar se stessi ogni dì nelle scritture sacre: et con gran sollicitudine pensare la uita, & costumi loro: & scorgendoui alcuna cosa difforme, mal composta, & disordinata, subitamente, secondo quello, che trouano scritto, si studiano di riformare se stessi, & di comporsi: accioche posfino ritrouarsi santi, & immaculati dinanzi al signor' Iddio così nel corpo, come nell'anima: Per tanto dice il Salmista. Allhora non sarò confuso, quando io hauerò riguardato in tutti i tuoi cõ[...]mẽti. Et l'Apostolo ci ammonisce dicendo Rinouateui nello sp[...] della mente uostra. E ancora dice. Il nostro huomo interiore si rinoua dì in dì. Drittamente è soggiunto.

Et ubi uos inueneritis, ea, quæ scripta sunt, facientes; gratias agite Domino, bonorum omnium largitori.

GRatiarum actio patri luminum a nobis debetur: a quo omnem datum optimum, & omne donum perfectum, scriptura teste, descendit. Nemo est enim donis Dei beatus, qui donanti existit ingratus. Apostolus. Quid enim habes, quod non accepisti? Quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Meritò ergo domino Deo nostro agere gratias admonemur; ut agnoscat homo, si quidem bene uiuit, Dei gratia se habere; ut perficiatur in dilectione iustitiæ, quod non se aliunde consecuturum credat; quæ cogitatio pium facit. Ipsa est enim illa sapientia, quę pietas uocatur, qua colitur pater luminum; colitur autem sacrificio laudis actionibusque gratiarum; ut cultor eius non in se ipso, sed in illo glorietur. Sequitur ubi autem.

Iaco. 1.

1. Co. 3.

Et doue ui trouerete mettere in opera le cose, che sono scritte, rendetene gratie al signore Iddio, donatore di tutti i beni.

E Ben da noi si deue ragion di gratie al Padre de' lumi; da cui, secondo la testimonianza della scrittura santa, discende ogni dato ottimo, & ogni dono perfetto. Conciosia cosa che per li doni di Dio niuno possa essere beato, il qual si renda al donator di quelli ingrato. Dice l'Apostolo, che hai tu, che non habbi riceuuto? E se l'hai riceuuto, perche te ne glorij, come se non l'hauesti riceuuto? Meritamente adunque, e ragioneuolmente siamo ammoniti, di douer rendere gratie al signor' Iddio nostro:

dio nostro: accioche l'huomo conosca, & intenda, che se pur egli uiue bene, questo hà dalla diuina gratia, accioche diuenti perfetto nell'amore della giustitia: poi ch'egli crede non poter ciò altronde conseguire, che dalla gratia di Dio. Il qual pensiero fà l'huomo esser pio. Imperoche egli è quella sapientia, la quale è chiamata pietadè; per la quale è honorato, & adorato il padre de' lumi. Ma adorassi questo padre con sacrificio di lode, & con rendimento di gratie: accioche'l suo adoratore habbia, non in se stesso, ma in lui gloriarsi. Segue.

Vbi autem sibi quicunque uestrum viderit aliquid deesse, doleat de præterito, caueat de futuro: Orans ut sibi debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur. Amen.

Ma doue qualunque di uoi uedrassi in alcuna cosa mancare, dogliassi del passato, e guardissi per l'auenire: pregando Iddio, che'l debito li sia rimesso, & non cadda in tentatione. Amen.

FINIS.

AL

REVER.^MO PADRE

DON GIACOMO

DI VENETIA,

Generale meritissimo de' Canonici Regolari Lateranensi, dell'ordine di santo Agostino.



'Amor singolare, ch'io porto, & hò sempre portato all'habito della sua congregatione, & a' suoi Reuerendi canonici, fà che nel petto mio sia stato sempre desio di seruire, & in particolare, & in vniuersale a tutti loro: & quando m'è stato comandato, e mi è nata occasione, l'hò fatto, come nelle mie stampe si può vedere. Hor essendomi significato, qualmente V. P. Reuerendiss. bramaua, che quanto prima si ristampasse la regola di sant'Agostino, con la spositione di Vgo di santo Vittore, canonico regolare dello stesso ordine, per portarla seco, e distribuirla per la congregatione, a commun'utile dell'anime, subito (tralasciando altro) mi diedi a stamparla. Eccola finita: e la presento, & offero a V. P. Reuerendiss. come cosa sua: acciò faccia ritor-

no,

no, qual riuolo al suo fonte, a persona, che con buon pensiero, e santo zelo è origine, e cagione, che dalle tenebre sia ritornata in luce. Riceua adunque dall'affettionatissimo suo seruo questa mia poca fatica, e mi comandi anco in cose maggiori, che sempre m'hauerà prontissimo. Il Signor la fauorisca in ogni suo buon pensiero: e le dia sanità, e fortezza, per sopportar'il graue peso, e sofferir le molte fatiche del supremo grado, che tiene, e per adempire quel tanto, che hà nella ottima sua mente, per particolare, e publico bene. Humilmente le fò riuerenza, e le bacio le mani. Di Vinegia, adì 10. Maggio. M. D C I.

Di V. Par. Reuerendiss.

Affettionatiss. Seruitore

Domenico Farri.

Errori occorsi nel stampare.

Num. pag.		*lin.*	*Errore*	*Correttione.*
22	a	1	*Me.*	*Ne*
23	b	10	*leuaret,*	*leuara*
26	a	2	*ſenno,*	*ſenſo*
27	a	13	*doppiamo,*	*dobbiamo*
28	a	29	*oportuna,*	*opportunità*
29	a	29	*libine,*	*libidine*
30	a	25	*commette,*	*commettere*
38	b	31	*Naam.*	*Naaman*
42	a	17	*alij,*	*alijs*
42	a	22	*mages,*	*magis*
43	b	34	*ſenno,*	*ſenſo*
49	a	5	*tentioni,*	*contentioni*
49	a	30	*maledictiò,*	*maledicto*
49	a	35	*maledictio,*	*maledicto*
49	b	29	*fallito,*	*fallato*
62	a	12	*demoniante.*	*dominante*
62	a	26	*luchrificarem,*	*luchrifacerem.*
63	b	30	*di diuotamente,*	*diuotamente*
64	a	34	*miſerimini,*	*miſeremini.*

2







CONSTITVTIONES CANONICORVM REGVLARIVM

Ordinis
Sancti Augustini
Congregationis Saluatoris
LATERANENSIS.

Ex Typographia Reu. Cam. Apost.

HORVM

AVSPICIIS.



Saluator Mundi salua nos, Latt.^i aulę seruulos


DE CANONICI ORDINIS NOBILITATE.

Ad Illuſtr. & Reuer. D. D.

IACOBVM CARDINALEM SERRAM FERRARIÆ LEGATVM,

Et eiuſdem Ordinis Protectorem.

Præfatio.



Nnumeris, ijſdemq; præſtantiſſimis auxilijs (Cardinalis ampliſsime) æterni Conditoris prouidentiam mortales à vitijs reuocare, atque ad virtutum ſtudia capeſſenda excitare, non modo Pagina Sãctæ, & Doctores Sacri teſtantur, ſed etiam experientia ipſa demonſtrat: Inter quæ non poſtremum ſibi locum illud vindicare fatendum eſt, cum ipſis inſitam eis nobilitatem præ oculis ponit, eoſq; ad ingenitæ ſibi claritatis, ac dignitatis excellentiam conſiderandam perducit. Cui enim non patentiſsimum eſt, infinitos propemodum

pro suo dignitate tutanda, non modò laboriosa, vel difficillima fuisse aggressos, non solùm diuitias, et cuncta fortunae bona paruipendisse; sed corpus, vitamq; ipsam libenter profudisse, ne deriuatum in se à maioribus splendorem macula aliqua vel minima, dehonestare cogerentur? sic strenuissimus ille, Dux Hebraeorum Iudas

.Mac. 9. Machabaeus, in summo vitae discrimine cum socijs constitutus, ne propriae gloriae crimen inferret, gloriosam mortem magis, quàm turpem fugam amplectendam suasit. Sic grandaeuus, summisq; extollendus laudibus Eleazarus, cum

2. Mac. 6. ab astantibus, vt à sacris Moysi legibus ad profanum gentium ritum degeneraret, vel saltèm, vt de sacrificij carnibus manducaße simularet, compelleretur: senectutis suae eminentiam dignam perpendens, gloriosissimam mortem ma-

Isai 51. gis, quàm odibilem delegit. Eximius quoque inter vates Isaias, populum Iudaicum ab execrando Idolatriae crimine auocare desiderans; ipsũ ad nobilitatis auitae recordationem prouocauit: Attendite, inquit, ad Abraham Patrem vestrum, & ad Saram, quae peperit vos. Quid

Ioan. c.8. plura? An non Saluator ipse noster Iudaeorum Principes ad Patrum suorum, ac Patriarcharum gloriam verè sectandam cohortatur, dùm ipsos veluti degeneres arguit acriter; dicens; Si

filij

filij Abrahae estis, opera Abrahae facite?

Quamuis autem haec propriae dignitatis recordatio tantas, vt diximus, apud cunctos homines obtineat vires, maiores tamen, dubio procul in Regularibus Canonicis (quibus benignissimae protectionis tuae alis foueri, & admirabilis sapientiae fulgore illustrari Dei Omnipotentis clementia elargitum est) obtinere, altioresq; in ipsorum animis radices posuisse affirmandum est; & meritò: quippe qui iuxta spiritualem propaginem, generis, et ordinis sui primordia, non ad mundi Principes, seù Monarchas, sed ad ipsos totius Christianae Religionis protoparentes, ad sanctissimos, inquam, Iesu Christi Saluatoris nostri Apostolos: vel potiùs ad ipsummet salutis nostrae auctorem, Dominum nostrum Iesum Christum referenda esse, non iniuria gloriantur: Quibus etiam illud D. Pauli verissimè accomodari cernitur, Ciues estis Sanctorum, & Domestici Dei, superaedificati supra fundamentum Apostolorum, et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Ea propter cum sacrae huius sacri Canonici Ordinis Constitutiones in praesentiarum edendae sint, quarum integra obseruatio ad summum perfectionis apicem, in Religione consequendum, perducit. consentaneum maximè

Ephes.2.

mè

mè videtur, nonnulla prius de Canonici Instituti antiquitate, ac dignitate, necnon etiam de eiusdem instituti ratione, breui narratione, percensere. Immensam enim argumentum istud tùm vtilitatem, tum etiam iucunditatem pariturum, quis ambiget? vtilitatem quidem; nam ex recordatione propriae dignitatis acuentur Canonicorum ipsorum animi, et excitabuntur ad exactam earundem Constitutionum obseruationem, ne ab insita sibi, atque à maioribus accepta nobilitate, turpiter degenerare conuincantur: Iucunditatem etiam non minimam; cùm nullus omninò mortalium comperiatur, cui non gratissimum, non iucundissimum sit, si ipsum à parentibus, Auis, Atauisq; praeclaris genus ducere, et originem trahere demonstretur, quòd amplitudinis Tuae auribus haud ingratum videbitur, qui Canonicam ipsam Religionem et protectione tueri, et amore pracipuo complecti, non dedignaris. Neque difficile prorsus, aut laboriosum erit Sacri huius Ordinis antiquitatem, et praestantiam patefacere.

Canonicam Ordinem non alios sui Auctores, vel Institutores, quàm Sanctissimos Domini Nostri Iesu Christi Apostolos habere tot grauissimorum virorum, ac etiam summorum Pontificum testimonia, et tàm clarè testantur,

vt

vt nullus, nisi stupidus, hoc negare, nullus, nisi amens, in dubium id valeat reuocare. D. Antoninus Florentinus. 3 par. sum. Hist. de Ordine Canonico verba faciens: Ordo, inquit, Canonicus, non tàm ab Augustino institutus, quàm renouatus, ab Apostolis sumpsit exordium. Vincentius quoque Beluacensis, in spec. Hist. & Lucidus, de rebus gestis post Christi Aduentum, eadem asserunt: sed fusiùs præ cæteris Rosetus Doctor Parisiensis, libro de veritate Christiana, hanc veritatem demonstrat. Cæterum ad fidem in re tàm graui firmandā accedant summi ipsi totius Catholicæ Ecclesiæ Pontifices, qui eidem veritati mirificè astipulantur. Pius IV. Constitutione, iuxta seriem Bullarij 95. Compertò, inquit, satis ex pluribus literis, diuersisq; alijs documentis, & probationibus, quòd ipsi Canonici fuerunt, & sunt de illis Clericis à Sancto Augustino, quinimò à Sanctis Apostolis institutis. Et Eugenius IV. in Bulla per quam ipsum Ordinem Sacrosanctae Patriarchali Ecclesiae Lateranensi restituit: Huius profectò (ait) Sacri Ordinis, & sanctissimi instituti, post Sanctos Apostolos, primùm in Alexandrina Ecclesia Marcus Petri discipulus, Institutor fuit, & Conditor: ac gloriosus Doctor Augustinus Episcopus, diuinis regulis, et doctrina decorauit. &

sanctae

Tit. 15.

Lib. 1[illegible] cap. 51[illegible]

Lib. 10 cap. 17

Rub. d[illegible] ord. Re[illegible] Tit. 34.

sanctæ memoriæ Vrbanus insignis martyr, & sanctissimus Pontifex, generalis decreti ordine reformauit, & Beatissimus Gregorius Augustino Anglorum Episcopo, velut plantationem sacram in commisso sibi populo præcepit institui, & in Occidentis finibus ampliauit. Benedictus quoque Decimus, in generali reformatione ipsius Ordinis, Ad Religionem, inquit, Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Augustini ab Christi gloriosis discipulis in primitiua Ecclesia sacris institutionibus stabilitam, gerentes præcipuè charitatis affectum. Subscribit tandem Paschalis Secundus in literis Priori S. Frigidiani directis, dicens, Vita Regularis propositũ in primitiua Ecclesia cognoscitur ab Apostolis institutum, quàm B. Augustinus tàm gratanter amplexus est, vt eam suis regulis informaret. Quomodo autem ab his cælestibus agricolis ordo ipse Canonicus plantatus fuerit per tot secula præterita successiuè propagatus, facilè admodũ erit ex probatissimis Auctoribus demonstrare. Gloriosissimi siquidem Saluatoris Nostri Iesu Christi discipuli lineam vestem induentes, non modò, quæ ad intimam spectant Religionis naturam vouerunt, verumetiam post gloriosam D.N. in Cœlos Ascensionem in Vrbe Hierosolyma conuenientes, clericos communiter viuen-

tes,

tes, & lineis vestibus indutos instituerūt, atque ad eiusdem vitæ normam sectandam solemni voto astrinxerunt; sicq; prima ipsius Canonici Ordinis fundamenta ab illis iacta cernuntur. De qua fundatione, atque institutione Clemens Petri discipulus, et illius in Pontificatu Romano successor, in Epistola ad Iacobum Fratrem Domini; ita ad literam scribit: communis vita omnibus, fratres necessaria est, & maxime ÿs, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorumq; discipulorum imitari volunt. Et infra; Istius enim consuetudinis more retento, etiam Apostoli, eorumq; discipuli, vt prædictum est vnà nobiscum, et vobiscum communem vitam duxerunt. Et post; Vndè consilium dantes vestram prudentiam hortamur, vt ab Apostolicis regulis non recedatis, sed communem vitam ducentes, et Scripturas Sacras rectè intelligentes, quæ Domino vouistis, adimplere studeatis. O admirandam tanti Ordinis claritatem: ò nimium obstupescendam eiusdem vetustatem. Potest equidem Ordo iste nobilissimus per magnam, et proceram illam Arborem Nabuchodonosor Regi Babilonis in visione præmonstratam designari: Quid enim de Arbore illa mirabili à Daniele Propheta narratur, quod non rectè, non perpul-

Hier. de Vir. Illus[tr.] Liran. in in cap. 6 Apoc. Dion. c. 6 Eccl. Hie[r.] Aug. lib. 1 de ciuit. c. 4. Cassad. lib. 1. instit. m[o]nast. c. 5. D. Thom 2. 2. q. 88 artic. 4. a[d] tertium.

Dan. 4.

crè, Canonico Ordini congruat, quadret, conueniat? Arboris illius situs erat mirabilis, quoniam in medio terræ; Altitudo, siue proceritas incredibilis, quia Cœlos contingebat; Vastitas immensa, extendebatur namq; maximoperè, & aspectus eius, vsque ad terminos vniuersæ terræ: Non deerat illi species, nam folia eius erant pulcherrima; nec desiderabantur in illa fructus, imò vberrimi in ea visebantur: fructus eius (ait ibi Scriptura) & esca vniuersorum in ea. Latitudo verò tanta erat, vt subter eam habitarent animalia, & bestiæ, & in ramis eius conuersarentur volucres Cæli. An non vniuersa ista in Ordine Canonico pulcherrimè, mirificè, & ad stuporem vsque deprehenduntur effulgere? Nonne Ordo iste in medio est Paradisi (ne dicam terræ) Sacrosanctæ Ecclesiae Catholicae collocatus? An non sua altitudine, & proceritate Cœlos contigit, vel potiùs (si dicere fas erat) compleuit, immensa nimirum Sanctorum, quos ad Caelos transmisit copia, adeò vt Anastasius Vaticanus Bibliothecarius scribat, fuisse iam sexdecim millia temporibus illis ex hoc Ordine in Canonem redacta? Vastitas autem eius quanta? Institutus ab Apostolis, per eosdem eorumq; discipulos adeò propagatus fuit, vt nulla Orbis natio fuerit inuenta, quae ipsum Ordinē,

In Catal. ad Carol. Imper.

vnà

vna cum Euangelio non agnouerit, non exceperit, non sit libentissime amplexata. Sed num deest illi species, aut decor? Bone Deus, vbi praeclariorem speciem, quàm in ipsius legibus, ritibus, & caeremonijs, quae sunt eius folia, comperies? Tantus fuit quondam eius decor, & venustas, vt latissimè in permultos etiam alios Ordines deriuarit. Quantum enim ornamenti. quantum splendoris Illustrissimi Ordines Casinensis, Dominicanus, Franciscanus, Eremitanus, & Carmelitanus, ex Ludouico Balbo, D. Dominico, Antonio Patauino, Nicolao Tolentinate, Alberto Hierosolymitano Patriarcha, qui omnes, vt riuuli ex Canonico fonte prodierat, perceperunt? Neque fructuum vbertas in isto Ordine desideratur, cum propriè, ac primariò ad pascendum vniuersum Christi gregem, ad regendos fideles populos noscatur institutus. Alia causa (inquit D. Hieronymus) est Monachi, alia Clerici. Clerici oues pascunt, ego Pascor. Caeterum de altitudine ipsius, quid consonum, quiduè satis accommodatum enunciari potest, cum Ordo Canonicus Ecclesiam ipsam per multa secula gubernarit? Quicunque enim Ecclesiam vsque ad Vrbani Primi Papae, et Martyris tempora rexere, Canonicos Regulares fuisse, ex eiusdem Vrbani Epistola

c. alia quaest. 1.

eui-

c. scimus, 12.q.1.

euidentissimè apparet. Post ipsum etiam vsque ad seculum Christi 12. vel 13. præcipuas saltèm Orbis Ecclesias per Canonicos Regulares regi consueuisse, ex Libro taxarum Cameræ Apostolicæ, et ex generali eiusdem Ordinis reformatione per Benedictum XII. anno 1339. facta apertissimè demonstratur. In ramis quoque huiusce Ordinis volucres Cæli habitaße fatendum est; siuè enim per volucres Cæli Ecclesiarum Antistites, qui ex eminentiori loco subiectos sibi Populos perspiciunt; siuè Doctores Sanctos, qui terrena despicientes, in altum per Diuinorum contemplationem, veluti volucres tolluntur, intelligas, vtrumque Canonico Ordine optimè quadrat; nam & ante Vrbanum omnes, & post Vrbanum plurimos Summos Pontifices, & Cardinales. 2800. innumerosq; Episcopos, & Abbates ex eodem Ordine prodijße, Anastasius Bibliothecarius, Io. de Nigraualle, Volaterranus, Panuinius, Ciaconius, Siluester Maurolicus, Ioannes Baptista de Caualerijs, & alij non ignobiles Scriptores tradiderunt: multos etiam Doctores insignes, qui Ecclesiam Catholicam summoperè illustrarunt, hunc Ordinem peperisse, cuncti, qui eiusdem Ordinis acta perlegerint, verissimum, et certissimum esse fatebuntur. Vnum tandem de insigni illa Arbore adijcitur,

quod

quod Vigil, & Sanctus de Caelo praeceperit, arborem excidi, sed germen radicum eius in terra viuum dimitti. Haec autem Canonico Ordini, quàm optimè congruunt. Excisus est enim heu, heu, nec quidem semel, ac penè extinctus propter multos, qui cum essent Canonici non canonicè viuebant, et cum exteriùs indumentis Regulares viderentur, intus in corde irregulares erãt. Attamen germen radicum eius in terra dimissum est: Benedictus Deus, qui tali, ac tanta semper prosequutus est hunc Ordinem beneuolentia, vt non modo germen illius in Catholicae Ecclesiae terra viuum seruari permiserit: verum etiam Ordinem ipsum ramis nouis cohonestatum, pulchriùs frondere, et florere, vberioresq; ac praestantiores fructus propagare condonauit. Quòd verissimum profectò constabit, si reformationes, quibus per singula secula, vel à Summis Pontificibus, vel a Generalibus, seù Prouincialibus Concilijs, vel à Sãctissimis viris decoratus est, percurrere velimus. Elapsis nãque priscis duobus seculis, in quibus Canonici Regulares incredibili sanctitate fulgentes, non fideles tantùm verùm etiã infideles in admirationem sui traducebant (sicuti ex ijs, quae Philo Iudaeus in lib. de vita Supplicũ scribit, intueri licèt) cũ gloriosus Põtifex, et Martyr Vrbanus I. c. scim 12. q. 1.

dictum

animad-
ersf. cont.
anon.de-
quentes.
ier.Rom.
.1. de
epublica
hrist.c.4.
16. Am-
osf. epist.
& serm.
S. Eufeb.
an. Mo-
. lib. 1.
Canon.
17.

dictum Ordinem à primaeuo instituto nonnihil deflexisse, comperisset: ipsum statim Generali Decreto, per vniuersum Orbem emisso, reformauit. Iterum à via recta ordo ipse aliquantulum declinauit: in eandem rursus per D. Basilium Magnum in Ecclesia Orientali, & in Occidentali per Sanctos Hilarium Pictauiensem, Eusebium Vercellensem, et Ambrosium Mediolanensem reductus est, quemadmodum luculentissima eorum monimenta prodiderunt. Passus est denuò non mediocris Sanctitatis iacturam: sed in eandem confestim, imò in ampliorem, et perfectiorem per Sanctissimum Patrem Nostrum Augustinum est restitutus. Adeoq; insignis, ac celebris fuit reformatio ista per Diuum Augustinum facta, vt exinde ipse totius Canonici Ordinis Pater, Patriarcha, et instaurator, non iniusto titulo, meruerit appellari. cuius deinde Regulam, et instituta complectens Diuus Gelasius, eaq; secum ex Africa Romam deferens, sub Leone Primo Pontifice Sacrosanctam Lateranensem Ecclesiam Canonicis Regularibus, regularibusq; institutis formauit, decorauit, illustrauit. In qua ijdem Canonici continuata, & nunquàm interrupta serie, per octingentos annos, vsque ad Bonifacium Octauum, permanserunt. Caeterum, vt

Panuinus
Gelasio,
Archi-
Eccle-
Latera-
nsi.

quid

quid varias huiusce Ordinis Reformationes, pluribus, persequi? sufficiat pro omnibus meminisse tantummodo celeberrimas illas totius Canonici Ordinis Reformationes, quæ per Summos Pontifices, Eugenium Secundum, Leonem Tertium, & Quartum per Concilia, Arelatense Quartum, Turonense Tertium, Aquisgranense Primum sub Carolo Magno, & Maguntinum temporibus Ludouici Pij Imperatoris celebratum, promulgatæ noscuntur, & quæ apud Auctorem Libri Decretorum, necnon in eorundem Conciliorum Historijs; conspiciuntur. Tādem, cum vniuersa ferè Italia bellorum cladibus esset miserrimè deuastata, & ipse Ordo à fundamentis propè excisus videretur, Deo Omnipotente, qui non despicit nos, nec amouet salutem suam à genere nostro, misericorditer ipsū respiciente anno salutis nostræ 1400. sub Bonifacio Nono denuò viridior, & illustrior effloruit apud Lucensium Vrbem in Monasterio B. Mariæ de Frigdionaria nuncupato, in quo iam antea per annos circiter 250 idem Ordo viguerat, & tunc etiam vigebat; ac paucos post annos per Eugenium Quartum suæ Ecclesiæ antiquæ, ac nobilissimæ Lateranensi videlicet, fuit benignissimè restitutus. Eiusdem quoque Eugenij, & aliorum Summorum Pontificum, Principumq́;

c. neces… ria. 12. q… c. in om… bus de… sec. di… c. 6. & … c. 23. & … quenti, … 115. & … & Conc… c. 1 de… Rect. c… & seq.

Ex pri… & auth… scrip. ill… monast.

ac

ac Populorum beneficentia, non paucis deinde Collegijs, bonisq; fortunae, per Italiam mediocriter locupletatus, sub vitae Canonicae disciplina, vsque in praesentem diem perseuerat. Huius autem Canonici instituti ratio in duobus potissimum perspicitur esse constituta. Horum primum Canonicis Regularibus est cum caeteris aliorum Religiosorum institutis commune, videlicet, per votorum, et Regulae obseruationẽ propriae saluti insistere, et ad perfectionem anhelare alterum verò ipsis Canonicis est proprium, nimirum Sanctorum Apostolorum, et Clericorum primitiuae Ecclesiae mores, ac vitam imitando, aliorum quoque saluti prospicere, ad eamq; curandam, diligentiam omnem adhibere; Quare ipsorum partes sunt, verbum Dei Populis praedicare, Parochias regere, Sacramenta fideliter distribuere, caeteraque alia Clericorum munera exercere: cum ipsi non ex accidenti, sed naturaliter, seù per essentiam, iuxta Diui Thomae doctrinam, Clerici existant. Nam Sanctos Apostolos, Clericosq; ab illis institutos, atque eorum successores, prae caeteris tamen D. Patrem Augustinum haec cuncta nouimus praestitisse. Hic verò gloriosissimus Pater, cum vitae Canonicae ratio nullis adhuc certis esset definita limitibus, nulla pecu-

2. q.189. [...]t. 8. ad [se]cundum.

liari

liari regula perstricta, primus ipsam regula propria Apostolicam vitam redolente, restrinxit, ideòq; à cunctis Speculum Clericorum fuit iure meritò nuncupatà. Hæc est illa regula toti mundo celeberrima, non tantùm à Summis Pontificibus, à Sanctis Patribus, & ab vniuersa Ecclesia vnanimi sententia, probata, verùm etiam præconijs vsque ad sidera elata. Verùm circa ipsam illud maximè animaduertẽdum est, quòd sicuti inter corpora cælestia, ea, quæ alijs supereminent, & praestantiora sunt, vniuersaliores habent causalitates, & influxus, quos ab alijs causis inferioribus, & particularibus necesse est ad particulares effectus restringi, ac determinari: sic ipsa Sancti Augustini Regula, quae sua amplitudine, dignitate, & exacta, quam praescribit viuendi ratione, longè alias omnes Religiosorum Regulas antecellit, communem dumtaxat, ac satis generalem viuendi modum praescribit; atque ideò pernecessarium fuisse, Constitutionibus nõnullis superadditis, ipsam ad particularia deduci, ac determinari. Quare factum est, vt non solùm multi alij Religiosorũ Ordines sub Augustini Regula militantes: verũ etiam ipsi Regulares Clerici, & Canonici varijs in Prouincijs constituti, multis, & varijs caeremonijs, ritibus, austeritatibus, & constitutio-

nibus adiunctis, eandem regulam interpretari, locupletare, restringere, vel determinare, duxerint oportunum. Iuxta quarum constitutionũ diuersitatem, Clerici ipsi, & Canonici in varias segregati sunt Congregationes, quae tamen sola accidentali varietate distincta, essentialem eiusdem Ordinis seruant vnitatem. Ex his fuere potissimùm Patres illi Sanctissimi qui in praenominato Sanctae Mariae de Frigdionaria Monasterio Congregationi Lateranensi reformandae, primitus operam impenderunt: Nouis namq́; quibusdam additis constitutionibus (perbreuibus tamen seruatuq́; facillimis) regulam ipsam locupletandam esse, et augendam consultissimè decreuerunt. Caeterum cum ea sit omnium humanarum legum natura, & conditio, vt nullae tàm iustae, nullae tàm sanctae censeantur, quin temporum lapsu, vel ex toto, aut saltèm aliqua ex parte, necessariò non sint immutandae. (Humana enim Respublica est misticum animal rationale, cuius vita ratio, alia in infantia cernitur, alia in iuuentute, alia in senectute) hinc factum est, vt post primas illas, ab inchoata huiusmodi reformatione, editas Constitutiones, nouas deinceps temporum successu constitutiones edere, & priores, vel in toto, vel aliqua saltèm ex parte, commutare, ne-

cessa-

cessarium fuerit aliquando iudicatum. Idq; potissimum quinquaginta circiter abhinc annis factum deprehenditur, quibus, ob Decreta à Sede Apostolica edita, & ob nonnullas Constitutiones in Generalibus Comitijs emissas, antiqua Ordinis statuta partim abrogata, partim nouis Decretis aucta adeò fuerunt, vt nouam omninò reformationem expostularent, & necessariò ipsis eam adhibendam esse, Patres cũcti in Generalibus Comitijs iudicauerint. Quã multis abhinc annis meditatam, modò tandem, Deo Optimo largiente, absoluerunt, & absolutam in lucem emittunt, eamq; retento veterum Constitutionum Ordine, in tres partes distribuerunt, de ijs, quæ ad Religiosam Congregationem rectè instituendam, pertinent, primo loco pertractantes: Inde de regimine, tùm particulari, tùm vniuersali; ac postmodum de electionibus, ac de cæteris ad ipsas spectantibus; præcipuè tamen aduertentes, vt nihil de constitutionibus antiquis hactenus in Congregatione seruatis, omitteretur, & quæ præter Constitutiones, typis excusas, superaddita fuerunt, eas, vel ex Summorum Pontificum Decretis, vel ex Constitutionibus in Generalibus Comitijs editis, & in actis publicis registratis, acciperent. Et quia vitæ canonicæ perfectio non in legum multitudi-

ne, ac nouitate; sed in illarum obseruatione; consistit (Te potissimum Illustrissime, ac Reuerendissime Domine adiuuante, & Canonicos ad easdem toto studio amplexendas dirigente) non dubitat Congregatio ipsa, abiecto omni squalore, se iterum pristinæ gloriæ restituendam: immo clariorem prorsus, ac florentiorem in dies se futuram reddendam. Te namq; ex isto solio purpureo clauum huiusce Nauis tenente, ac mouente, secundi venti vndiquè perflant iustitiæ, pietatis, religionis, & charitatis, quibus ad portum salutis omnium bonorum feliciter perduci confidit. Faxit igitur Deus Optimus Maximus, vt sit nobis cor omnibus, vt colamus eum, et faciamus eius voluntatem corde magno, et animo volente. Adaperiat Dominus cor nostrum in lege sua, et in praeceptis suis, concedat nobis salutem, et redimat nos à malis: Illustrissimamq; Dominationem tuam ad eiusdem Congregationis, et totius Reipublicae Christianae commodum, et vtilitatem diù incolumen seruare dignetur.

IOSEPH

IOSEPH RAVENNAS

ABBAS GENERALIS,

Et Visitatores, ac Diffinitores Canonicorum Regularium Congregationis Lateranensis Ordinis S. Augustini, &c.

Ven. in Christo Fratribus D. D. Ioanni Chrysostomo Neapolitano dictæ Congregationis Visitatori, ac Diffinitori, & D. Andreæ Genuensi Abbati S. Mariae Pacis, & eiusdem Congregationis in Urbe Procuratori Generali salutem in Domino.



Vm in Capitulo generali prædictæ nostræ Congregationis in Canonica S. Ioannis in Monte Bononiæ celebrato ann. Domini MDCXXVII. & in eo præsidente apostolica auctoritate S.D.N. VRBANI PP. VIII. Illustriss. ac Reuerendiss. D. D. Roberto tit. S. Alexij Presb. Cardinale Vbaldino nuncupato fuerit statutum, atque decre-

tum etiam de mandato dicti Illustriss. ac Reuerendiss. D.Præsidentis, vt in Constitutionibus nostris adderentur, & insererentur ea, quæ in Decretis fel. rec. Clementis Papæ Octaui pro reformatione Regularium factis, ac iussu Sanctissimi D.N. Vrbani Papæ VIII. de nouo promulgatis, & publicatis continentur, & in prædictis Constitutionibus nostris inserta non fuerant, ac alia, quæ in dicto Capitulo statuta fuerunt, prout in actis prædicti Capituli, quibus relatio habeatur, & sic typis mandarentur, & publicarentur: et insuper in Dieta nostra Romæ celebrata in Canonica S.Mariæ de Pace, & in ea assistente, & præsidente, auctoritate apostolica, eiusdem S. D. N. Vrbani Papæ VI.I. Illustriss. & Reuerendiss.D D.Lęlio Falconerio vtriusque Signaturæ eiusdem S.D.N.Referendario, ac prædictę nostræ Congregationis Viceprotectore fuerit de nouo statutum, atque decretum, vt prædictæ nostrę Constitutiones cum prædictis additionibus, & insertionibus, vt supra, excuderentur, & publicarentur, vt ab omnibus prædictæ Congregationis professis de eis notitia haberi possit, & ad illarum obseruantiam se teneri dignoscant, & de ignorantia prætendere non valeant; De vestra integritate, scientia, atque prudentia cõfisi, omnes, vt supra, in d.Dieta conuocati, & coadunati existentes vnanimi consensu, nomineq; penitùs discrepante, &c. auctoritate, qua fungimur, ac etiam de consensu, & mandato prædicti Illustrissimi, & Reuerẽdissimi D. D. Præsidentis, tenore præsentium, vobis dicimus, cõ-

mit-


mittimus,atque mandamus,quatenus ad compilationem, & impreſsionem prædictarum Conſtitutionum cum additionibus, & inſertionibus prædictis faciendis, vt ſupra,iuxta exemplar vobis traditum à Ven. Fr. noſtro D.Eugenio Mutinenſe eiuſdem Congregationis Viſitatore, & Diffinitore,atque auctoritate apoſtolica Notario integrè,& fideliter coniunctim productis, & in Vrbe imprimi faciatis,prædicto, & omni alio meliori modo, &c: & in fid. præſentem fieri per prædictum D. Eugenium, & ſolito prædictæ noſtræ Congregationis ſigillo muniri mandauimus.

Dat. Romæ in Canonica noſtra S.Mariæ de Pace die 31.Maij 1628.

Ita eſt Ego D. Eugenius Mutinenſis Viſitator, Definitor, ac totius Congregationis Lateranenſis Notarius.



LITE-



LITERAE S. D. N.

MARTINI PAPAE V.

Quibus conceditur Canonicis Regularibus Congregationis Saluatoris Lateranensis, facultas, Constitutiones condendi, & conditas immutandi, abrogandi, & innouandi, et dubia circa Regulam occurrentia declarandi, et interpretandi.

MARTINVS EPISCOPVS Seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.



Olicitudinis Pastoralis officium, quod supra omnes Orbis Ecclesias, &c. & infra, *Ad cuius quidem Religionis, & Congregationis ipsius conseruationem, augmentum,*

tum, & felicem in Domino, in obseruantia vera, & sanctitate, successum, ijdem Priores, Praepositi, Rectores, Canonici, & Conuentus, singulis annis, siuè biennijs, aut saltèm triennijs, prout oportunum, & vtiliùs pro eadem Religione, expedire nouerint, Capitulum Generale celebrent, nullatenus dissoluendum, nisi, de subsequenti celebrando, fuerit per ipsum Capitulum locus idoneus terminatus: qui quidem locus, nisi euidenti, & magnae necessitatis causa, & de ipsius Religionis regiminis principali consensu, nequeat commutari. In quo quidem Capitulo pro stabilimēto Congregationis Religionis praefatae, quomodolibet in eis occurrentia praeseruationem, & statum Sāctae Religionis praefatae, & obseruantiae regularis concernentia pro tempore, eadem auctoritate terminare, statuere, & ordinare, et ordinationes, atque statuta condere, ac inde statuta condita, et ordinata, successu temporis, prout eidem Capitulo magis congruum videbitur, et vtiliùs secundùm Deū, et pro communi omnium pace, et conseruatione regularis obseruantiae, valeant: eis nihilominus innouandi, alterandi, commutandi in totum, vel in partem, obscura quoque, et dubia, etiam circa eorum Regulam, Constitutiones, atque Statuta (salua ipsius Regulae substantia)

tia)

tia) declarandi, interpretandi, disponendi, et ordinandi, secundùm gratiam à Deo eis tributam, facultatem concedentes.

Alijs autem ipsius Ordinis antiquis constitutionibus, praesertim Benedicti Papae XII. praedecessoris nostri minimè teneantur adstricti: quoniam mores, obseruantias, et consuetudines abundantiores habent illis, et in rigiditatibus, ac disciplina Ordinis strictiores, et obseruantiae regulari aptiores ad conseruandum Religionis debitè statum. & infra.

Statuta quoque, et ordinata per ipsum Capitulum, siuè maiorem, et saniorem eius partem ab omnibus, et singulis dictae Congregationis Religionis praefatae, tàm Prioribus, Praepositis, Rectoribus, et Canonicis: quàm subditis, inuiolabiliter obseruentur. Non intendentes tamen, ob hoc transgredientes simpliciter ad peccatum aliquod aggrauare, sed pœnitentiae tantùm, et temporali pœnae, siuè correctioni Superiorum subiacere debere, donec se humiliter emendauerint.

Impri-

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Palatij Apoſtolici.

A. Epiſc. Bellicaſtr. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Nicolaus Rodulphius Sacri Palatij Magiſter, & Vicarius Apoſtolicus totius Ordinis Prædicatorum.